

TRACTATUS SECUNDUS DE LEGIBUS

CAPUT I.

De Natura et Obligatione Legis in genere.

DUBIUM I.

Quid sit Lex, sive Praeceptum.

90. *Quid sit lex.* — 91. *Quis ad eam teneatur.* — 92. *An lex iniqua obliget.* — 93. *An in dubio de justitia teneamus lege.* (Vide etiam num. 99). — 94. *An leges latae a tyrannis obligent.* — 95. *An obliget lex non promulgata.* — 96. *Quid notandum circa promulgationem legis.* — 97. *Quid circa legem dubium.* Et in dubio an lex existat; an adsit causa excusans; an lex sit promulgata; an usu recepta. — 98. *Quid in dubio, an lex superior sit legitimus.* Et an excedat suam potestatem. — 99. *Quid in dubio, an lex sit justa.* Vel an lex praecipiat. Vel an eam impleveris. — 100. *An lex humana possit praecipere actus internos.* Et an prohibere externos occultos. (Vide ibid. Qu. 3). — An in dubio si res sit licita, subditus teneatur obediare.

Lex et
praeceptum
quid.

Quando
lex obliget
necne.

90. — « Respondeo. Lex et praeceptum, « prout hic indistincte accipitur, est recta « agendorum aut omittendorum ratio. In- « terim, cum a superiore, non communica- « tati, sed alicui tantum aut aliquibus in « particulari aliquid praecipitur, non ap- « pellatur lex, sed praeceptum tantum. — « Suarez, Laymann, Bonacina¹ ».

91. — « Unde resolves: 1º. Ad legem seu « praeceptum quis tenetur, non ad consi- « lium: cum hoc tantum dirigat, illud vero « obliget² ». —

92. — « 2º. Cum iniqua lex est, et contra « rationem, non obligat: quia deficit a « rectitudine³ ». —

93. — « 3º. Cum dubium est de justitia, « teneris lege: quia legislator possidet jus « praecipiendi; idemque regitur altiore « consilio, ac potest habere rationes subdi- « tis occultas. Addit Suarez, etiam obli- « gare, licet contra justitiam legis sint « rationes probabiles; quia alias nimia da-

Suar., de Legib., lib. 1, cap. 6, n. 8 et 16. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 1, n. 5. — ² Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 1, n. 3. — ³ Id est *Bonacina*, loc. cit., punct. 7, § 2, n. 4. — ⁴ Pariter *Bonacina*, loc. cit., punct. 7, § 3, n. 2. — ⁵ De Legib., lib. 1, cap. 9, n. 11. — ⁶ Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 7, § 3, n. 11. — ⁷ De Just. et Jure,

« retur licentia legibus non parendi: cum « vix possint esse tam justae, quin aliqua « apparenſ ratio dubitationem movere pos- « sit. Suarez⁴, Bonacina⁵. — [Vide n. 99].

94. — « 4º. Leges et sententiae latae a « tyrannis obligant, si ii pacifice regna « possideant et a republica tolerentur. Nec « obstat quod sententia judicis illegitimi « dicatur esse nulla: id enim verum est « de sententia, prout est praecise a ty- « ranno; non autem prout est a volun- « tate, saltem interpretativa et implicita, « republicae, quae, dum tyrannum et judi- « ces ab eo constitutos repellere nequit, « tacite confert iis potestatem gubernandi, « eorumque leges et acta ratificat. Les- « sius⁶, Salas⁷. [Idem dicunt Salmant.⁸ cum Palao, etc.].

95. — « 5º. Non tenetur quis ad legem, « nisi promulgata sit sive denunciata. — ⁹ Requiri- tur promul- gatio.

« S. Thomas⁹, Laymann¹⁰, Molina, Salas,

« Suarez, et alii communiter ».

lib. 2, cap. 29, n. 73. — ⁷ Tr. 14, de Legib., disp. 10, sect. 3, n. 14. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 10. — *Palau*, tr. 3, disp. 1, punct. 14, n. 10. — ⁹ 1^a 2^o, qu. 90, art. 4. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 4, cap. 2, n. 1. — *Molina*, tr. 5, disp. 70, n. 1. — *Salas*, de Legib., disp. 12, sect. 1, num. 1. — *Suar.*, lib. 1, cap. 11, num. 1 et 6.

96. - Circa promulgationem legis.

I^o. Notandum est id quod docet S. Thomas¹. *Promulgatio ipsa necessaria est, ad hoc quod lex habeat suam virtutem.* Et in jure canonico habetur: *Leges instituantur, cum promulgantur*². Ratio, quia lex nequit obligare, nisi perveniat per promulgationem ad notitiam communis. Hinc lex non obligat, si denuntietur tantum personis particularibus. Ita Sotus³, Suarez⁴, Palaus⁵, et Salmant.⁶ cum Tapia et Diana. — Hinc infertur, quod si quis sciret aliquam legem esse conditam, non teneretur eam servare, nisi postquam esset promulgata: ut Palaus⁷, Salmant.⁸ et Lessius⁹. — Sufficit autem ad obligandum, quod lex communiter et solemniter publicetur in locis, ita ut possit pervenire ad notitiam majoris partis communis, licet a singulis ignoretur. Vide Salmant.¹⁰

II^o. Notandum circa modum promulgationis, quod leges caesareae, sive principum subjectorum Imperatori, debent promulgari in singulis provinciis, seu civitatibus metropolitanis; et non obligant, nisi post duos menses a promulgatione¹¹.

Sed quaeritur I^o. *An leges pontificiae* (et aliorum principum non subjectorum), *ut obligent, promulgari debeant, non solum Romae (sive in curia), sed etiam in singulis provinciis?*

¹ 1^a 2^{ae}, qu. 90, art. 4. — ² Can. *In istis 3, dist. 4.* — ³ De Just. et Jure, lib. 1, qu. 1, art. 4, resp. ad 2^{ae}. — ⁴ Lib. 3, cap. 16, n. 2. — ⁵ Tr. 8, disp. 1, punct. 10, n. 1. — ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 75. — ⁷ Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 4, art. 1. — ⁸ Diana, part. 3, tr. 6, resol. 75. — ⁹ Loc. cit., punct. 10, n. 2. — ¹⁰ Loc. cit., n. 76. — ¹¹ Lib. 2, cap. 21, n. 44. — ¹² Cap. *Intelleximus 1, de novi operis nunciatione.*

96. — a) Beganus, tr. 3, de Legib., cap. 6, qu. 6, n. 5, hanc utique sententiam ut probabilem agnoscit; sed, n. 6, oppositam, cum ipso S. Alphonso probabiliorum appellat.

b) Lessius, de Just. et Jure, lib. 2, cap. 22, n. 98, loquitur tantum de legibus quae contractus irritant, ut recte assertit S. Alphonsus; sed in *Auctar. ad 1^{am} 2^{ae}*, de legibus in genere loquitur, et quamvis v. *Bulla pontificia, cas. 2, ad 1^{um}*, probabilem reputat opinionem, quae negat bullas pontificias obligare in certis provinciis, nisi ibi sint promulgatae; attamen; v. *Professio religiosa, cas. 1, n. 1*, docet sententiam quam S. Alphonse infra tuerit: « Probabilior, inquit, et fere communis sententia tradit decreta conciliorum et Summorum Pontificum non egere promul-

Prima sententia affirmit; et hanc tenent plures graves auctores, ut Beganus¹², Natalis Alexander¹³, Contin. Tourneley¹⁴, Cabassutius¹⁵ cum Medina, Angelo, etc., et probabilem vocant Silvius, Anacletus, Roncaglia et alii. Citatur pro hac sententia etiam Cajetanus; sed Cajetanus aliud non dicit, quam quod leges canonicae non obligant ignorantes. Citatur etiam Lessius; sed Lessius¹⁶ loquitur tantum de legibus quae contractus irritant. Citatur quoque Dominicus Soto; sed Soto¹⁷ potius loquitur de legibus inhabitantibus, aut revocatoris privilegiorum. — Fautores autem hujus primae sententiae principaliter fundantur in *Authentica* mox supra relata, *Ut factae novae*; et ajunt quod, ubi non adest specialis dispositio legis canonicae, standum civili, prout infertur ex illis verbis juris can.: *Sacrorum statuta canonum principum constitutionibus adjuvantur*¹⁸. Praeterea inquietum nimis esse durum, fideles totius orbis christiani obstringere ad servandas leges tantum Romae publicatas. — Sed adhuc juxta hanc primam sententiam, excipi debent bullae insertae in bullario: quoniam hae sunt jam corpus legum; et in hoc omnes conveniunt, ut testatur card. Petra¹⁹.

Secunda vero sententia, valde communior et probabilior, id negat: tenetque

coll. 5, tit. 21, novell. 66. — ¹² Lib. 4, cap. 1, art. 3, reg. 25. — ¹³ De Legib., cap. 5, sect. 4. — ¹⁴ Lib. 1, cap. 4, n. 4. — ¹⁵ Barthol. Medina, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 90, art. 4, concl. 2. — ¹⁶ Angel., v. Lex, n. 13. — ¹⁷ Silvius, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 96, art. 4, quaer. 11, concl. 3. — ¹⁸ Anaclet., tr. 2, dist. 1, n. 26. — ¹⁹ Roncaglia, tr. 8, qu. 1, cap. 4, qu. 8, ante med. — ²⁰ Cajetan., in 1^{am} 2^{ae}, qu. 90, art. 4, ad 2^{um}. — ²¹ Cap. *Intelleximus 1, de novi operis nunciatione.*

gatione in provincia, ut incipient obligare, sed sufficere promulgationem solemnis ritu factam Romae.

c) Sotus, de Just. et Jure, lib. 1, qu. 1, art. 4, vers. *At vero pressius quis*, de legibus irritantibus disserit, eo sensu quem dicit S. Alphonsus; sed subdit: « De caeteris autem quae irritoriae non sunt, parum refert si dicamus statim Romae latae obligare... Crediderim tamen, nisi Papa aliter sua lege expresserit, nunquam intendere obligare, nisi a tempore promulgationis in provincia ». Demum de legibus privilegiorum revocatoris sic loquitur, ut velit promulgandas esse, « non solum in provincia, verum in dioecesi ».

d) Petra, in *Comment. ad Constit. apostol.*, nihil habet de omnium consensu; sed solum:

Juxta alios,
lex in singulis
provinciis promulga-

Probabilius satis est in curia promulgari.

leges pontificias obligare fideles sola promulgatione Romae peracta. Ita Suarez¹, Bonacina², Laymann³, Azor⁴, Castropalaus⁵, Cardenas⁶, Ferraris⁷, Salmant.⁸ cum Valentia, Navarro⁹, Vasquez, Menochio, Pontio, Diana et Salas. — Ratio haec est: Nulli dubium quod lex, ut vim habeat obligandi, debet esse promulgata, alias ad notitiam subditorum pervenire non posset: sed quod ad promulgationis modum pertinet, hic ab arbitrio et intentione legislatoris pendet. Hinc observavi (prout etiam Salmanticenses pro certo testantur), quod inter omnes DD, etiam inter adversarios, non est qui neget, opus non esse de sua natura, ut lex obliget, quod in qualibet provincia publicetur; sed satis est quod promulgetur in curia legislatoris; sicut de facto etiam in Hispaniis (scribunt iidem Salmanticenses) leges regiae, eo quod rex ibi non tenetur caesareas servare, tantum Matriti promulgantur. Et sic pariter bullae pontificiae ut plurimum, juxta usum jam receptum, tantum Romae promulgantur, locis ibi ad id destinatis; et vigore hujusmodi constitutionum, deinde omnes causae ecclesiasticae judicantur. — Contra autem Sedes Apostolica, cum vult aliquam legem non obligare, nisi post publicationem factam in provinciis, id exprimit; sicut expressit in interdicto ab ecclesia, imposito a concilio Lateranensi IV aduersus medicos qui pergunt ad assistendum infirmis, antequam illi confessionem expleverint, ut praecipitur¹⁰. Et sic etiam expressum fuit a concilio Tridentino¹¹ circa invaliditatem matrimoniorum clandestinorum.

¹ Lib. 4, cap. 15, n. 3. — ² Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 4, n. 16, v. *Respondeo 3.* — ³ Lib. 1, tr. 4, cap. 2, n. 4. — ⁴ Part. 1, lib. 5, cap. 3, v. *In hac quaestione.* — ⁵ Tr. 8, disp. 1, punct. 12, n. 2. — ⁶ Cris., disp. 9, n. 416. — ⁷ V. Lex, art. 2, n. 6. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 86 et seq. — ⁹ Valent., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 7, qu. 5, punct. 5, v. *Sed quamvis.* — ¹⁰ Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 156,

cap. 2. — Menoch. de Arbitrar. Judic., lib. 2, cas. 185, n. 8 et seq. — ¹¹ Pont., de Matrim., lib. 5, cap. 7, n. 2. — Diana, part. 1, tr. 10, resol. 8. — Salas, de Legib., disp. 12, sect. 2, n. 10 et 12. — ¹² Cap. *Cum infirmitas 13, de poenit. et remiss.* — ¹³ Sess. 24, de Reform. Matrim., cap. 1. — ¹⁴ Cap. *Ad haec 1, de postul. paelator.* — ¹⁵ Cap. *Quia cunctis 1, de concess. paelend. in 6°.*

« Supponitur publicata Constitutio (ita ille in Prooem., § 4, n. 95), eo ipso quod sit in dicto Bullario ».

e) Navarrus, in *Manuali*, cap. 23, n. 44, requirit promulgationem in provincia; et ita a Salmant., et recte quidem allegatur. Atvero in *Consil. 1, de constitut.*, n. 19, cum S. Alphonso magis consentit, dicens: « Attento solo

jure scripto, prior opinio videtur verior. Attento vero stylo et consuetudine Ecclesiae curiae Romanae, posterior debet servari quoad leges Papae, nempe quod requiratur quidem promulgatio earum; sufficere autem quod fiat Romae in locis ad id praestitutis, ut ligent etiam provinciales, post duos menses vel aliud tempus expressum in eis ».

venit, cum illae jam promulgatae fuerint, modo quo legislator eas promulgare potest. — Nec est dubitandum, quin Papa adstringere possit omnes fideles ad observantiam bullarum suarum, per solam promulgationem Romae factam; sicut quilibet princeps (prout omnes auctores admittunt, ut supra vidimus) obligare suis legibus valet cuncta sua regna, per solam publicationem in sua curia expletam.

Sed quod magis nostrae sententiae vim praebet, sunt duae clausulae, quae apponi solent in his bullis quae Romae promulgantur, locisque consuetis affiguntur. Altera clausula sic dicit: *Ut autem praesentes Litterae ad omnium notitiam facilius deviant, et nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas ad valvas, etc. affigi et publicari, sique publicatas, omnes et singulos quos illae concernunt, perinde arctare et afficere, ac si unicuique eorum personaliter intimatae fuissent.* Altera dicit: *Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus tam in judicio quam extra illud, ubique adhibeatur observantia, ac si unicuique forent exhibitae vel ostensae.* — Hae autem clausulae nimis diserte ostendunt, mentem Pontificis esse, velle omnes fideles obstrin gere ad hujusmodi statuta, independenter ab eorum publicatione in singulis provinciis. Et Silvius ac Roncaglia, quamvis admittant ut probabilem primam sententiam, habent tamen ut certum, quod omnes bullae cum praefatis clausulis Romae promulgatae obligent per se, absque alia promulgatione. Caeterum recte ait Roncaglia, quod ex relatis verbis talium clausularum, firmum adduci potest argumentum pro primae sententiae probabilitate, respectu ad eas bullas ubi praedictae clausulae desunt; nihil enim in legibus frustra appositum supponendum; et clausulae illae omnino essent superfluae, si omnes bullae Romae publicatae, etiam sine talibus clausulis, obligarent ante quamlibet aliam publicationem in provinciis; modo

(excepit) in aliquo loco consuetudo non vigeret indifferenter amplectendi bullas, Romae quocumque modo promulgatas.

Quaerit autem Silvius¹ an episcopi tenentur promulgare, aut satagere ut alii obseruent omnia pontificia statuta, jam Romae promulgata. Et sic respondet: *Teneri curare ut observetur, quando Pontifex significat se velle quod sua lex ubique obliget, etiam absque alia promulgatione alibi facta. Non tenentur tamen curare ut promulgetur, nisi vel mandatum pontificium ad eos dirigatur, vel rationabiliter judicent, promulgationem in suis dioecesisibus esse necessariam. Sive autem ista current ordinarii, sive non current, nihilominus illi qui legis et latae et promulgatae notitiam habent, ad ejus observantiam obligari videntur, nisi appareat quod vel recepta non fuerit, vel per non usum ejus obligatio in talibus locis desierit. Caeterum, si Pontifex neque significet opus esse alia promulgatione, neque significet non esse opus, neque etiam mandatum dirigat ad ordinarios; probabile est, quod ordinarii non tenentur legem pontificiam promulgare, vel curare ut observetur, nisi fructum aliquem notabilem ex talis legis promulgatione in suis dioecesisibus exspectent. Possunt enim in ejusmodi casu interpretari, mentem Pontificis esse, quod lex, quam ipse justis ex causis judicet Ecclesiae universalis esse utillem, in diversis provinciis tunc observari, vel promulgari curetur ab ordinariis, quando illi existimaverint ita esse pro suis locis expediens, et ad aliquem fructum notabilem utile.* — Idem scribit Diana² cum Wiggers et Maldero, dicens: *Quando vero Pontifex neque significat neque negat opus esse alia publicatione, et non praecipit ordinariis, ut servari eam [legem] faciant, nec populis provincialium ut servent, probabile esse quod episcopi non teneantur publicare et observari curare, nisi pro loco et tempore sperarent utilitatem et fructum; nam mens Pontificis generalem legem praescribens est, ut, ubi cum utilitate et fructu fieri potest, curetur observari.*

¹ Silvius, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 96, art. 4, quær. 11, concl. 3. — Roncaglia, tr. 3, qu. 1, cap. 4, qu. 3. — ² Loc. cit., v. Petes. — ³ Summa Diana (auct. Cotonio) v. Lex, n. 24. —

Ad quid tenentur episcopi circa leges pontificias.

Quae-dam requiriunt promulgationem in dioecesisibus.

Praeterea probabiliter ajunt Suarez^{f)} et Laymann¹ cum Molina et Soto^{g)}, quod leges pontificiae, quae infirmant aliquem contractum suapte natura validum (prout fecit bulla S. Pii V quoad contractus census), vel quae jurisdictionem auferunt, v. gr. in sacramento Poenitentiae; circa has benigne interpretari possumus mentem esse Pontificis, quod nolit eas effectum habere, nisi postquam fuerint in dioecesisibus promulgatae; alioquin ipsae redundarent in detrimentum plurimorum, qui illas invincibiliter ignorarent. — Secus autem est respectu poenarum, quae statuantur adversus clericos male ordinatos et episcopos male ordinantes, prout Sixtus V declaravit (praesertim quoad simoniace promotos et promoventes; nam quoad alios, bulla Sixti per aliam bullam Clementis VIII², fuit reducta ad terminos concilii Tridentini). — Sicut etiam secus procedit in legibus irritantibus actum aliquem ob defectum solemnitatis; quae leges, postquam obligandi vim habuerunt, etiam re-

¹ Lib. 1, tr. 4, cap. 2, n. 7. — ² Molina, tr. 2, disp. 395, n. 5 et seqq. — ³ S. Pius V, Bulla Cum omni, 19 Januar. 1569. — ⁴ Sixtus V, Bulla Sanctum et salutare, non. Januar. 1589. — ⁵ Bulla Romanum Pontificem, 28 Febr. 1596. — ⁶ De Matrini, lib. 3, disp. 17, n. 10 et 11. — ⁷ Loc. cit., n. 7. — ⁸ Navar., Consil. 21 de privilegiis, n. 5. — ⁹ Salas, de Legib., disp. 12, sect. 3, n. 20 et 21. — ¹⁰ Tr. 11, de Legib., cap. 1,

spectu ignorantium valent, ut dicunt Sanchez³ ac Laymann⁴ cum Navarro et aliis.

Quaeritur 2^o. *An, ut lex obliget, requiratur spatium duorum mensium a promulgatione?* — Tres sunt sententiae.

Prima dicit, statim obligare. Ita Salas, Vasquez⁵, Villalobos⁶, etc. apud Salmant⁷. Ratio, quia lex cum promulgatur, jam in suo esse integro constituitur. —

Secunda dicit obligare statim, vel quasi, saltem existentes in curia; alios autem non obligare, nisi post sufficiens tempus, plus minus juxta distantiam locorum. Ita Palau⁸, Suarez⁹; item Montesinus¹⁰, Grano¹¹, etc. apud Salmant.⁸

Tertia sententia probabilius dicit, quando in lege non determinatur tempus ad obligationem, nullos obligare, neque in curia existentes, nisi post duos menses a promulgatione; sed transactis duabus mensibus, jam arbitrio prudentum taxatis, omnes obligare. Ita Sotus¹² Beca¹³ nus⁹, Sa¹⁰, Silvester¹¹ et Salmant.¹² cum Valentia, Reginaldo, Menochio, Tabiena

Alii negant requireti spatium a promulgatione.

Alii requiriunt tempus juxta locorum distantiam.

Probabilis: requiri duos menses.

¹ Lib. 3, disp. 1, punct. 11, n. 6 et 7. — ² Lib. 3, cap. 17, n. 6 et 7. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 90. — ⁴ Tr. 3, de Legib., cap. 6, qu. 7, concl. 2. — ⁵ V. Lex, n. 8 (edit. expurg.). n. 9 (edit. genuin.). — ⁶ V. Lex, quaer. 6^o, vers. Tertio. — ⁷ De Matrini, lib. 3, disp. 17, n. 10 et 11. — ⁸ Loc. cit., n. 7. — ⁹ Navar., Consil. 21 de privilegiis, n. 5. — ¹⁰ Salas, de Legib., disp. 12, sect. 3, n. 20 et 21. — ¹¹ Tr. 11, de Legib., cap. 1,

nisi quae vigere incipiat dum fuerit in provincia promulgata».

h) Salmant. allegant quidem Vasquez et Villalobos tam pro legibus civilibus quam pro pontificiis; dum contra Vasquez, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 156, cap. 3, n. 14, et Villalobos, part. 1, tr. 2, diff. 14, n. 4, de legibus tantum pontificiis hanc sententiam tuentur.

i) Montesinus male hic adducitur a Salmant (qui ceteroquin a Petro ab Angelo decepti sunt); siquidem, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 20, de Legib., qu. 4, n. 101, primam sententiam tenet: quod et ipsi Salmant., n. 89, notaverunt. — Quoad Jacobum de Granado, Salmant. pariter decepti sunt; etsi enim Granado, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, de Legib., tr. 3, disp. 11, sect. 1, n. 5, concedit legis obligationem, « ex natura rei loquendo », quasi successivam esse, et ligare viciniores prius quam remotores; nihilominus quaerens, sect. 2, quidnam requirat jus canonicum et civile, tertiam sententiam tenet (ut etiam Salmant. notant), et, n. 9 et seqq., cum ipso S. Alfonso negat leges pontificias et imperiales aut regias obligare, nisi post duos menses a die publicationis.

Sotus non requirit duos menses, sed

Wiggers, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 96, art. 4, dub. 5, n. 94. — Maldero, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 90, art. 4, dub. 3, vers. Haec sententia.

et aliis¹⁾. — Ratio, quia lex non obligat, nisi ejus notitia moraliter ad omnes subditos, ut eruitur ex jure, pervenire possit: *Leges sacratissimae... intelligi ab omnibus debent, ut universi, praescripto eorum manifestius cognito,... inhibita declinant*¹. — *Lex, seu constitutio et mandatum nullos adstringunt, nisi postquam ad notitiam pervenerint eorumdem, aut nisi post tempus infra quod ignorare minime debuissent*². Hoc autem tempus, quo lex humano modo pervenire possit ad aures subditorum, taxandum est arbitrio prudentium; hocque arbitrium jam taxatum habemus in Authentica *Ut factae, etc., ut supra dictum est: ergo illi standardum, ubi tempus non est determinatum.*

97. — Adduntur hic variae Quaestiones circa legem *dubiam*.

1º. Quaeritur, *an in dubio si lex existat, lex obliget?*

Respondet minime obligare post adhibitam sufficientem diligentiam ad inquirendam veritatem, praeciso tamen scandalio vel alio notabili inconvenienti, quia tunc possidet libertas. Ita communiter Suarez³, Sanchez⁴, Palaus⁵, Salmant.⁶ cum Tapia, Villalobos, Arauxo, etc. Id expresse confirmant D. Thomas⁷: *Nullus ligatur per praeceptum aliquod, nisi mediante scientia illius praecepti*. Scotus⁸: *Nullus tenetur ad aliquod praeceptum divinum, nisi per aliquem idoneum et authenticum sibi promulgetur*. Item Glossa:

¹ L. *Leges 9, C. de Legib.* — ² Cap. *Quia cunctis, de concessa, praebend, in 6º, § Nec obstat.* — ³ De Censur, disp. 40, sect. 5, n. 4. — ⁴ *Decal.*, lib. 1, cap. 10, n. 32 et 33. — ⁵ Tr. 1, disp. 3, punct. 7, n. 1. — ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 110. — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 15, art. 2, n. 1. — *Villal.*, part. 1, tr. 1, diff. 21, n. 4. — *Arauxo*, in 1^{ma} 2^{ta}, qu. 97, disp. 3, sect. 3, diff. 3, n. 31. — ⁷ *De Verit.*, qu. 17, art. 3. — ⁸ In 4, dist. 3, qu. 4, n. 4. — ⁹ In cap. *Ex parte*, de

*In dubio nullum praesumi obligatum, ex Authentica Quibus modis*⁹. Item Glossa⁹: *In dubitis liberum est sequi quod magis placuerit*. Item Benedictus XIV¹⁰: *Non si debbono porre legami, quando non vi è una chiara legge che gl'imponga*¹⁰. — Id clare probatur ex jure canonico, ubi legitur: *Erit autem lex... manifesta*¹¹. — *Nisi de mandato... certus extiteris, exsequi non cogeris quod mandatur*¹². — *In his vero, super quibus jus non invenitur expressum, procedas aequitate servata, semper in humaniores partem declinando*¹³. — Item S. Leo¹⁴ sic docuit: *In iis quae vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis evangelicis contrarium, nec decretis SS. Patrum inveniatur adversum*. — Item Lactantius¹⁵ dixit: *Stultissimi est hominis, praeceptis eorum velle parere, quae, utrum vera sint an falsa, dubitatur*. Ratio est, quia Deus sane donavit homini dominium libertatis ex Apostolo (I, Cor. vii, 37): *Potestatem autem habens suae voluntatis*. Et ex Ecclesiastico (xv, 14 et seqq.): *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui. Adiecit mandata et praecepta sua. Si volueris mandata servare, conservabunt te*. Quamobrem possidet homo libertatem ad agendum quidquid vult, quod non constet a lege sibi vetitum, ut ait D. Thomas¹⁶: *Illi dicitur licitum, quod nulla lege prohibetur, ex l. Necnon, ff. Ex quib.*

censibus, exposit. casus. — ¹⁰ Notif. 80, n. 19. — ¹¹ *Can. Erit autem 2, dist. 4.* — ¹² Cap. *Cum in jure, de off. et pot. jud. deleg.* — ¹³ Cap. *Ex parte tua fin.*, de transactione. — ¹⁴ *Can. Sicut quaedam*, dist. 14; cfr. Epist. S. Leonis 167, ad Rusticum in fine prooem. — ¹⁵ *Divin. Institut.*, lib. 3, cap. 27. — ¹⁶ In 4 Sent., dist. 15, qu. 2, art. 4, solut. 2. — *Jus civ.*, Glossa in l. *Necnon* ff. Ex quibus causis maiori, v. *Prohibeant*.

loquens de legibus quae irritoriae non sunt, de *Just. et Jure*, lib. 1, qu. 1, art. 4, *quaest. incid.*, ait: « Parum refert si dicamus statim Romae latus obligare... Crediderim tamen, nisi Papa aliter sua lege expresserit, nunquam intendere obligare, nisi a tempore promulgationis in provincia ». Quod de civili lege irritante supra ibidem dixerat, inquiens: « Non satis esse Caesarem in uno regno legem edicare, ut omnia obliget, quousque in singulis promulgetur, ac si diversorum essent regum... Quin vero, si sint diversae provinciae longe

separatae, non existimatur lex promulgata, antequam in singulis edicatur ».

¹⁰) Nota tertiam hanc sententiam esse dumtaxat de legibus supremi principis, sive sit Pontifex, sive rex aut imperator; leges autem inferiorum principum, qui scilicet uni tantum provinciae praesunt, statim obligant ac promulgantur, ut auctores citati communiter docent.

97. — ^{a)} Quoad hanc glossam in Reg. juris 11, in 6º, vide notam *a*, ad n. 58 supra.

^{b)} Cfr. supra n. 66, notam *c*, ubi haec verba jam sunt relata.

caus. maj., ubi: *Omnia sunt permissa per legem, quae prohibita non inveniuntur*.

Hinc Melchior Canus¹ sic impugnat sententiam Scotti et aliorum, qui volunt peccatores teneri ad actum contritionis in quolibet die festivo: *Quoniam (ait Canus) ignoror, unde ad hanc opinionem DD. illi venerint, libere possum quod non sat sibi explorare perceptum sit et cognitum, sine ulla dubitatione negare*. — Ac propterea D. Thomas² dixit: *Periculosum est [determinare aliquid esse peccatum mortale], ubi veritas ambigua est...*, [nempe si] in jure... divino non invenitur determinata expresse. Et D. Antoninus³ ait: Bene excusari ignorantiam, utpote invincibilem, quantum ad ea quae non sunt expresse contra jus divinum vel naturale.

Lex dubie casum comprehensdens.

2º. Et idem dicendum cum Salmant.⁴ et aliis, *si dubitetur an aliquid comprehendatur sub lege, seu, an lex extendatur ad aliquid*.

3º. Idem *in dubio an incepit legis obligatio*, secus autem *in dubio an finierit*. Salmant.⁵ cum Laymann, Sanchez, Palao.

Lex a qua dubie excusaris.

4º. Quid *in dubio an causa quam habes, sit sufficiens ad te excusandum a*

¹ Select. de Poenit., part. 4, vers. *Ad ultimum*. — ² Quodlib. 9, art. 15, corp. — ³ Part. 2, tit. 1, cap. 11, § 28. — ⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 110. — ⁵ Loc. cit., n. 120. — *Laym.*, lib. 1, tr. 1, cap. 5, § 4. — *Sanch.*, de Matrim., lib. 2, disp. 41, n. 38 et seqq. et *Decal.*, lib. 1, cap. 10, n. 35. — *Palaus*, tr. 1, disp. 8, punct. 7, n. 6 et 7 et punct. 8, n. 6 et seqq. — *Salas*, in 1^{ma} 2^{ta}, tr. 8, sect. 25.

^{c)} *Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 15, art. 5, n. 2*, dicit quidem probabilem sibi videri hanc sententiam (pro qua tantum re a Salm. allegatur); atvero, n. 3, oppositam probabilem ac tutiorem esse pronuntiat; et n. 1, jam dixerat absolute et sine ulla distinctione, subditum in hoc dubio teneri observare legem in utroque foro; et ideo ipsius S. Alphonsi sententiam videtur tenere.

^{d)} *Palaus*, tr. 1, disp. 3, punct. 7, n. 4, opinionem exponit, suo iudicio valde probabilem, docentem scilicet legem non obligare in dubio an fuerit recepta; sed auctores adducit: *Navarrum scilicet, Manual.*, cap. 23, n. 41; *Rebellum*, part. 1, lib. 1, qu. 5, n. 7; *Felinum*, in cap. 1, de treuga et pace, n. 12 et seq., non quasi ipsam hanc sententiam teneant, sed tamquam afferentes ejus rationem, quod nempe ad hoc ut obliget, lex neces-

lege? — Quidquid dicat Salas, verius est te teneri ad legem; quia tunc possidet lex antecedenter ad tuam libertatem. Salmant.⁶ cum Sanchez, Palao, etc.

5º. Quid *in dubio an lex sit promulgata?* — Legem non obligare tenent Dicastillus apud Croix⁷, et Salmant.⁸ Excepit tamen Croix, si lex fuerit jam usu recepta.

6º. Quid *in dubio an lex usu recepta sit?* — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia tenet tunc legem non obligare, saltem si sit poenalis; ut Azor⁹, Salas¹⁰, et Diana, Tapia¹¹, etc. apud Salmant.¹¹, et universaliter de omni lege hoc tenet Navarrus¹², Rebellus¹³, Felinus¹⁴, Decius¹⁵, etc. apud Palaum¹⁶; et probabile putant ipse Palaus, Sporer¹⁷ ac Tamburinius¹⁸. — Ratio, quia tunc, cum dubitetur de receptione legis, dubitatur etiam an lex unquam obligaverit; et ideo possidet libertas. Hanc autem opinionem dicunt esse probabilem, quia probabile putant esse necessariam acceptationem legis ut ipsa obliget; juxta sententiam referendam n. 138.

Secunda sententia, quam tenet Croix¹⁹, dicit legem obligare, si sit ecclesiastica; secus vero, si sit civilis.

Lex dubie recepta, juxta alios non obligat.

Lex dubie recepta, juxta alios, non obligat.

Juxta alios, ecclesiastica sola obligat.

Tenendum
est univer-
saliter obli-
gare.

Tertia tamen sententia sequenda affir-
mat legem obligare. Et hanc tenent Pa-
laus⁸, Sanchez¹ et Salmant.² — Ratio 1^a,
quia, cum constet de lege, pro ea stat pos-
sessio; regula enim generalis est, ut factum
praesumatur quod de jure faciendum erat,
prout hic praesumitur facta acceptatio.
Ratio 2^a, quia lex, cum jam lata et pro-
mulgata fuerit, non indiget acceptatione,
ut praefati AA. censem: saltem, ut recte
dicunt Croix³ et Mazzotta⁴, lex, modo
non sit certe abrogata, ante acceptatio-
nem jam habet vim obligandi; unde, licet
quis non peccet contra legem, quia ipsa
nondum est recepta; peccat tamen, quia
eam non acceptat, prout dicemus dicto
n. 138⁵.

98. — Quid in dubio an legislator sit
superior legitimus? — Negant Vasquez,
Salas, Diana et Arauxo apud Salmant.⁶:
quia, cum dubium sit jus praecipiendi,
dubia etiam est possessio. — Sed affir-

¹ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 35. — ² Tr. 11, de Legib.,
cap. 2, n. 114. — ³ Lib. 1, n. 591. — *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 62,
cap. 6, n. 34. — *Salas*, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 8, sect. 8, n. 78. — *Diana*,
part. 4, tr. 8, resol. 8. — *Arauxo*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, disp. 8,
sect. 3, diff. 3, n. 31. — ⁴ Loc. cit., n. 118. — ⁵ Decal.,
lib. 6, cap. 3, n. 29 et 30. — ⁶ Lib. 1, n. 598. — *Oviedo*, de
Consc., tr. 5, controv. 3, punct. 5, n. 58. — ⁷ Loc. cit.,
n. 118. — *Gregor. Martinez*, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 96, art. 4, dub. 15,

prima [legem nempe obligare] videtur praefenda, quia ante illam receptionem habet
lex totam vim suam obligandi».

⁸) Palaus, tr. 1, disp. 3, punct. 7, n. 3, ut
probabiliorum agnoscit hanc sententiam, pro
legibus ecclesiasticis; secus vero esse ait, n. 9,
de legibus civilibus.

⁹) Mazzotta, de Natura Legis, cap. 7, qu. 6,
id affirmat de legibus ecclesiasticis.

¹⁰) Alia de hac quaestione vide infra n. 138.

98. — ^a) Tapia hanc suam sententiam, quam
tom. I Caten. mor., lib. 4, qu. 15, art. 12, n. 2,
exponit, his verbis n. 3, limitat: «Nisi immi-
neat grave damnum aut periculum contra ali-
quem».

^b) Adrianus, nonnisi cum aliqua distinc-
tione hanc opinionem habet: «In dubio (ita ille in Quodlib., qu. 2, punct. 1, lit. G.) cum
certum est licere quod praecipitur, tenetur
obedire; quod intelligo de dubio apud animum
illius cui aliquid praecipitur; non quia docto-
res alii de illo dubitant. Si enim habeat ex-
istimationem rectam seu veram, et non mo-
vetur ex contraria doctorum opinione ad du-
bitandum, non obligatur quovis modo obe-
dire».

^c) Rodriguez, Sum., part. 2, cap. 9, n. 3, et

mandum cum Sanchez⁵, Croix⁶ cum Ovie-
do, et Salmant.⁷ cum Tapia^a et Martinez,
semper ac superior est in pacifica posses-
sione suae potestatis; tunc enim melior est
ejus conditio jam possidentis jus praeci-
piendi.

Quid in dubio an superior suam potes-
tatem excedat? — Tunc non teneri sub-
ditum obedire censem Adrianus^b, Rodri-
gue^c, Vasquez^c, Salas^d apud Palau⁸,
et alii apud Croix⁹. — Sed recte contradic-
unt Navarra^e, Palaus¹⁰, Croix¹¹ cum
Toledo^e, Molina^e, Azor^e, Sà^e, etc. com-
muniter cum Sanchez^e, quia possessio
stat pro potestate superioris. Limitat ta-
men Sanchez¹² cum Soto, Lopez, Tapia,
Salas, etc., si res praecelta sit nociva sub-
ditu vel tertio, aut valde difficultis vel mo-
lestia.

99. — 1^o. An autem subditus teneatur
obedire in dubio de justitia legis?

Negant Dicastillus et alii apud Croix¹³:

concl. 1. — ⁸ Tr. 11, disp. 3, punct. 18, n. 1. — ⁹ Lib. 1,
n. 594. — ¹⁰ Loc. cit., n. 2. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Decal.,
lib. 6, cap. 3, n. 23 et 24. — *Sotus*, de Secreto, membr. 3,
qu. 2, concl. 1, vers. *Respondetur quod*. — *Lud. Lopez*,
Instructor, part. 1, cap. 56, vers. *Sic etiam*. — *Carol. Tapia*,
in *Authent. Ingressi*, C. de SS. Ecclesiae, v. *Ipsa ingressu*,
cap. 1, n. 48 et 49. — *Salas*, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 8, sect. 17, n. 154. —
Dicast., de Censur., disp. 1, n. 333. — ¹³ Lib. 1, n. 595.

Vasquez, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 66, cap. 9, a n. 51,
non de hoc casu, sed de alio satis simili tractant:
de eo scilicet, quo dubitatur an res praecelta
sit licita necne.

^d) Salas videtur male citari a Palao: nam
ipse oppositam potius tenet sententiam sicut
S. Alphonsus: scribit enim in 1^{am} 2^{ae}, tr. 8,
sect. 17, n. 152: «In quocumque dubio proba-
bili juris, regulariter et per se loquendo,
tutor pars necessario est amplectenda; et ita,
nisi sit periculum violandi aliam legem magis
vel aequae obligantem, legi de qua est dubium
obediendum est...; et hoc speciatim verum
esse aliqui docent, quando certum est aliquem
esse superiorem et legislatorem, sed dubium
est an lex haec supereret ejus potestatem...;
sed nihil puto esse speciale in hoc casu».

^e) Petr. Navarra, de Restitut., lib. 2, cap. 3,
dub. 12, n. 270 et seqq.; Toletus, lib. 8, cap. 15,
v. Quartum.; Molina, tr. 2, disp. 113, n. 5;
Azor, part. 1, lib. 2, cap. 19, qu. 9; Sà, v.
Bellum, n. 1, affirmans subditum posse, vel
etiam teneri obedire in dubio de legis justitia;
ex quo Sanchez, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 4,
recte colligit eosdem auctores fateri debere,
obediendum etiam esse in dubio, an superior
suam excedat potestatem.

Dubie po-
testatem ex-
cedens, obli-
gat.

Limitatio.

In dubio an
lex obli-
gat.

In dubio an
sit abroga-
ta, lex obli-
gat.

In dubio
inceptionis,
non obligat.

quia tunc non habetur possessio pro jure
superioris. — Sed omnino affirmandum
cum Bonacina¹, qui citat Vasquez, Su-
arez et Salas; Salmant.² cum aliis commu-
niter. Ratio, quia revera in dubio superior
possidet jus praecipiendi. Excipiunt tamen
DD., si lex sit nimis ardua, vel si grave
damnum subdito afferat. — Vide dicenda
Lib. III, n. 617, Qu. 5.

2^o. Quid in dubio an lex praecipiatur vel
suaedeat? aut an obliget sub gravi vel levi?

Resp. tunc legem aut non obligare,
aut non obligare sub gravi, ex regula
juris³: *Semper in dubiis benigniora praeferaenda sunt*. Ita Croix⁴ cum Navarro^a,
Sanchez, etc., contra Laymann^b. — Con-
tra, in dubio an lex sit abrogata aut dis-
pensata, vel adsit causa excusans a lege;
ad eam tenetur ex communi. — Vide Sporer⁵, Salmant.⁶, Tamburinum⁷, Croix^c.

3^o. Quid in dubio an advenerit vel praeterierit tempus obligationis legis?

Resp. In dubio inceptionis, v. gr. an
impleveris annos 21, non teneris ad jeju-

¹ De Legib., disp. 1, qu. 1, punct. 7, § 3, n. 11. — *Vasq.*,
in 1^{am} 2^{ae}, disp. 151, cap. 4, i. f. — *Suar.*, de Legib., lib. 1,
cap. 9, n. 11 et 20 et de Censur., disp. 4, sect. 6, n. 5. —
Salas, de Legib., disp. 1, sect. 9, n. 58. — ² Tr. 11, de
Legib., cap. 1, n. 15. — ³ Reg. 56 ff. de regulis juris. —
⁴ Lib. 1, n. 596. — *Sanch.*, Decal., lib. 6, cap. 4, n. 37 et 66.
— ⁵ Tr. 1, cap. 1, n. 82. — ⁶ Loc. cit., cap. 2, n. 112. —
⁷ Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Leges*, n. 2. — ⁸ Lib. 1,
tr. 1, cap. 5, § 4. — ⁹ De Matrim., lib. 2, disp. 41, n. 38

nium, quia tunc possessio est pro liber-
tate. Secus, in dubio praeteritionis, v. gr.
an in sabbato transacta sit hora mediae
noctis, ne quis edere carnes; tunc enim
possidet lex. Sic etiam si dubitas an ha-
beas annos 16 ad professionem, vel annos
25 ad sacerdotium, ne quis profiteri aut
ordinari. — Ita communiter Laymann⁸,
Sanchez⁹, Palau¹⁰ et Salmant.¹¹ cum
Tapia, Diana et Villalobos.

4^o. Quid in dubio an legem impleveris?
— In dubio negativo teneris implere; se-
cundum, in positivo^d). Cardenas et Illsung^e
cum Croix¹².

100. — Circa materiam legis humanae,
nota sequentes Quaestiones.

Quaeritur 1^o. *An lex humana possit
directe praecipere actus internos?* — Pro-
babilius negant Salmant.¹³ cum S. Thoma,
Cajetano, Suarez, Bonacina, etc., contra
alios; quia legislator humanus nequit judi-
care de internis.

Quaeritur 2^o. *An possit lex humana
praecipere actus indirecte internos, ob*

Secus in
dubio prae-
teritionis.

Dubia legis
adimplecio.

Lex huma-
nonpraec-
cipit directe
actus internos.

adimpletam esse. Casu autem quo utrinque
adest probabilitas, minime solitus es a legis
obligatione, juxta doctrinam S. Alphonsi re-
formatam, ut liquet ex lib. 1, n. 29 et Elen-
cho 2 *Quaestionum reformat*, qu. 1, ubi
Si. Doctor haec scribit: «Si quis probabilitate
judicet implevisse votum, horas canonicas
sive poenitentiam, an teneatur ei satisfacere,
si adhuc probabile sit vel dubium non imple-
visse? Negant plures auctores.. Sed opposi-
tum est tenendum, quia possidet obligatio-
nem contracta, donec certe non fuerit impleta».

^d) Laymann, loc. cit., nihil de his habet,
quidquid dicat Croix, deceptus a Diana, part. 1,
tr. 10, res. 25.

^e) Croix, lib. 1, n. 597 et 598, circa dubium
an adsit causa excusans a lege, exponit senten-
tiam quae affirmit et sententiam quae negat
eo casu excusari a legis obligatione; et videtur
propendere in sententiam negantem, quamvis
id expresse non dicat. In dubio autem an lex
sit abrogata aut dispensata, plane cum S. Al-
phonso convenit.

^f) Quod S. Alphonsus hic breviter scribit:
te scilicet non amplius teneri ad legem im-
plendam, in dubio positivo an illam imple-
veris, id explicatione indiget. Dictum S. Do-
ctoris valet pro casu, quo probabilitas unica
adest, quod nempe legem impleveris; vel casu,
quo notabiliter probabilis est, ideoque qua-
dam certitudine morali tibi constat, legem

connexionem cum actibus externis? —

Distinguitur:

Potest, si actus interior *per se* cum exteriore conjungitur. — Et duplici modo potest conjungi: vel tamquam forma constituta actum externum in esse morali actus virtutis: sic requiritur consensus internus ad matrimonium contrahendum, ad contractum ineundum, etc.; vel tamquam causa cum effectu: et sic, qui prohibet homicidium, prohibet etiam voluntatem occidendi. Ideo ex jure can. obligatur clericus ad resignationem beneficii, si reperit illud animo non se ordinandi intra annum^{a)}. Ita Salmant.¹ cum Tapia, Cajetano^{b)}, Palao, etc.

Si vero actus interior *per accidens* conjungatur cum exteriore, tunc non potest praecipi a lege humana; puta, si praecipiatur dari eleemosynam ex vera devotione, etc. Ita Salmant.² cum Suarez, Palao, Tapia, etc., contra Cajetanum^{b)} et Sotum.

Quaeritur 3^o. *An actus exteriores occulti possint a lege humana prohiberi?*

Affirma; et sic prohibetur sub excommunicatione haeresis externata, licet occulta; sic sub irregularitate, homicidium

Alios vero
ion.

Lex hu-
mana veter-
ius exter-
ios occul-
tos.

¹ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 69. — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 6, art. 5, n. 1 et 2. — *Palau*, tr. 1, disp. 1, punct. 6, n. 3. — ^a Loc. cit., n. 69 et 70. — *Suar.*, lib. 4, cap. 18, n. 14. — *Palau*, loc. cit., n. 4. — *Tapia*, loc. cit., n. 4. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 10, qu. 5, art. 5, concl. 6, objectio. — ^b Loc. cit., n. 72 et 73. — *Silvest.*, v. *Obedientia*, qu. 2 et v. *Bellum*, qu. 9, concl. 3. — *Angel.*, v. *Obedientia*, n. 6 et v. *Bellum*, n. 8. — *Hostiens.*, Summa, lib. 5, tit. de Poenitent., n. 61, § *Quid de rapina*, vers. ad 1, (at. qu. 121, membr. 4, art. 2, cas. 5).

100. — a) Cap. *Commissa, de electione*, in 6^o, loquitur de parochiali beneficio, et obligat dictum clericum, non quidem ad beneficium resignationem, sed ad fructuum restitucionem, « nisi voluntate mutata promotus » fuerit.

b) Cajetanus, de excommunicatione disserens, in quam incurruunt inquisidores omittentes procedere contra aliquem, ex odio aut amore, vel commodi temporalis obtentu, in *Summa*, v. *Excommunicatio*, cap. 3, i. f., haec scribit: « Sub ecclesiastico iudicio cadere actus interiores odii vel amoris, non absolute ut occulti sunt, sed ut ad extra procedunt, ut scilicet sunt ratione commissionis vel omissionis ». Quae quidem verba, etsi generalia sunt; attamen in casu de quo Cajetanus hic tractat, actus odii vel amoris se habent ut causa non procedendi.

occultum. Actus enim occulti, licet non cadant sub iudicio, cadunt tamen sub lege, ut docet S. Thomas^{c)}. Vide Salmant.³.

Utrum autem in dubio an res sit licta, teneatur subditus obedire?

Negant Silvester, Angelus, Hostiensis, etc. apud Sanchez^d, qui dicunt tunc eum nec teneri nec posse obedire, nisi prius inquirat a peritis, quod res saltem non sit certe illicita. — Sed verius affirmat Sanchez^e cum Navarra, Valentia, etc., ex D. Thoma^d, qui docet non pertinere ad subditos, sed tantum ad superiores, inquirere de honestate rei praecipitae; ideoque bene potest et tenetur subditus obedire, semper ac ei non constet rem esse malam. Vide Croix^f.

Caeterum, praecisa quaestione, an subditus de honestate rei praecipitae teneatur vel non, prius inquirere ab aliis rei veritatem, communis est sententia omnium theologorum tam recentium quam antiquorum, qui docent in obscuris esse obediendum superioribus, ubi non est certum peccatum. Ita S. Bonaventura^g, Gersonius^h, Niderⁱ, ubi citat Raymundum et Henricum Gandavensem, Halensis^j; et sic docuerunt omnes qui de hac re egerunt. —

In re dubie
licita subdi-
tus tenetur
obedire.

^c Quod sit probabilitas dubitatis. — ^d Decal., lib. 6, cap. 8, n. 19. — ^e Loc. cit. — *Petr. Navar.*, de Restitu., lib. 2, cap. 3, n. 269. — *Valent.*, in 2^o dist., disp. 7, qu. 3, punct. 2, vers. *Secundo sequitur*. — ^f Lib. 1, n. 432. — ^g In 2 sent., dist. 39, art. 1, qu. 3, ad. ult. — ^h De pollut. noct., consid. 3. — ⁱ Consolatori, part. 3, cap. 17. — ^j S. Raymund., Summa, lib. 3, tit. 33, § 1, vers. *Virtus seu efficacia*. — *Henric. Gandav.*, Quodlib. 8, qu. 16. — ^k Part. 2, qu. 120, membr. 8, ad 1, (at. qu. 121, membr. 4, art. 2, cas. 5).

c) D. Thomas a Salmant. non adducitur, quasi hanc sententiam expresse teneat: « Optime dixit D. Thomas, *Quodlib. 4, art. 12*, (ita Salmant.) quod actus occulti non cadunt sub iudicio vel sententia particulari iudicis; non vero negat eos cadere sub lege quae est regula generalis ». Et recte quidem; nam S. Thomas, loc. cit., de peccato occulto disputans, non aliquid habet quam, quod si quis illud resciverit, non tenetur obedire praelato praecipienti revelationem contra ordinem caritatis: « contra quem ordinem, inquit, si praelatus praecipiat ut peccatum fratris occultum ei dicatur, non est obediendum ».

d) Verba D. Thomae, de *Verit.*, qu. 17, art. 5, ad 4, sunt haec: « Subditus non habet iudicare de praecipto praelati; sed de impletione praecippi, quae ad ipsum spectat ». Quae quidem Sanchez, loc. cit., ita commentatur:

Ita etiam omnes mysticae theologiae magistri cum S. Ignatio Loyola¹, ubi: *Est igitur haec ratio subjiciendi proprii iudicium...*, non solum sanctis viris usitata, sed etiam perfectae obedientiae studiosis imitanda, omnibus in rebus quae cum peccato manifesto conjunctae non sunt. — Audiat praeceptum D. Bernardus²: *Quidquid vice Dei praecepit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendo est, quam si praecipiat Deus*. Deinde sibi objicit: *Sed homines, inquis, facile falli... possunt*. Et respondet: *Sed enim quid hoc refert tua, qui conscius non es? praesertim cum te neas de Scripturis, quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, etc. Ipsum proinde, quem pro Deo habemus, tamquam Deum in his, quae aperte non sunt contra Deum, audire debemus*. — Item Leo X (ut refert Casarubius³) concessit Fratribus Minoribus, ut possint in omnibus dubiis secura conscientia stare determinationi suorum superiorum. — Item S. Bernardinus Senensis⁴ ait: *Ubi subditus rationabiliter dubitat an quod praecepitur sit peccatum, an non, tunc profecto obedire debet*. — Item B. Humbertus⁵: *Nisi aperte sit malum quod a superiori praecepitur, sic accipendum est ac si a Deo praecepatur*. — Item Dionysius Carthusianus⁶: *In dubiis..., an sit contra praeceptum Dei, standum est*

¹ Epist. de virtut. obedient., n. 18, i. f. — ² De Praecept. et dispensat., cap. 9, n. 21. — ³ V. *Declarare*, n. 4 et 5. — ⁴ Dialog. de obedient., arg. 12, vers. *Primus limes*. — ⁵ Specul. religiosor., lib. 5, part. 1, cap. 1, vers. *Obedientia hominem*. — ⁶ In 2 Sent., dist. 39, qu. 3, i. f.

⁷ In cap. *Ad aures, de tempor. ordinat.*, v. *Obedientiam*, i. f. — ⁸ Contra Faustum, lib. 22, cap. 75, v. f., cfr. can. *Quid culparatur 4*, caus. 28, qu. 1. — ⁹ De natura Legis, cap. 5, qu. 7^o

« Ad officium subditi non pertinet inquirere atque investigare, sitne bonum et expeditus quod jubetur; sed rem praecemptam exequi, dum ei non constat esse malum ».

e) Ut rite intelligatur quaenam sit de hoc argumento Rebelli ac Molinae sententia, exscribenda sunt verba, quibus Croix utrumque auctorem allegat. Ipse, disserens de legibus civilibus, quae obligant ad restitutionem damni, etiam sine theologia culpa illati, haec, lib. 3, part. 2, n. 174, scribit: « Auctores, qui cum Rebello dicunt has leges fundari in presumptione culpae, consequenter dicere debent quod damnificatus, sciens illum qui damnum intulit, non peccasse theologicamente, non possit salva conscientia contra illum agere apud judicem..., quia presumptionis cedit veritati... Econtra, qui cum Molina dicunt has leges non fundari in presumptione culpae, sed esse poenales..., dicent consequenter posse damnificantem condici, quamvis sciretur sine culpa theologia damnificasse, dummodo damnificari cum iuridica ». Haec Croix. — At vero Rebellus, de *Obligat. Just.*, part. 1, lib. 2, qu. 10, n. 24, obligationem hanc satisfaciendi post condemnationem, eo dumtaxat casu negat adesse, quo damnum ex sola culpa iuridica et a *te ipso* illatum fuerit, « quia leges, per quas condemnatio pro damno per te dato fit, fundantur in presumptione; cessat autem presumptionis, ubi de veritate constat ». — Molina autem, de *Just. et Jure*, tr. 2, disp. 713, n. 6, nullam facit mentionem de presumptione, sed asserit leges, quae obligant ad satisfaciendum damno sine culpa theologia illato, instar poenalium esse.

interno praesumptio debet cedere veritati¹. Ita communiter Suarez², Palau³, Sotus⁴, Pontius⁵, Bonacina⁶ et Salmant.⁷ cum aliis.

Nec obstat dicere, quod Tridentinum, irritans matrimonia clandestina, nititur praesumptioni de fraudibus in illis occurrentibus; et tamen nemo dixit valere tale matrimonium, ubi nulla revera intervenit fraus; item irritantur testamenta solemnia.

DUBIUM II.

Quotuplex est Praeceptum.

101. *Praeceptum dividitur 1º in affirmativum et negativum. — 102. Dividitur 2º in naturale et positivum. — 103. Praeceptum autem positivum dividitur in praeceptum divinum et humanum. — 104. Quinam possint ferre leges. An reges et respublicae. An Papa. An concilia. An episcopi, synodus et capitula. An abbatisa. — 105. Quid comprehendat lex canonica et civilis. — 106. An declarationes S. Congregationis et decreta Rotae habeant vim legis. — An leges civiles obligent in conscientia. — 107. De CONSUETU DINE. Et quae conditiones requirantur ad statuendam consuetudinem. — 108. De effectu consuetudinis. Et quid, si a lege reprobetur. — 109. Quid, si consuetudo a lege revocetur. — 110. DISSERTATIO de Potestate Pontificis (usque ad n. 135).*

Praeceptum affirmativum et negativum.
101. — « Resp. Iº. Praeceptum dividitur « 1º universaliter in affirmativum et ne- « gativum. Illud est quod bonum praeci- « pit; hoc, quod malum prohibet. — Diffe- « runt inter se, quod affirmativum obliget « quidem semper, sed non ad semper, seu « non pro omni tempore; v. g. honorandi « sunt parentes, non semper, sed suo tem- « pore. Negativum obligat, et semper, et « ad semper. Vide Bicanum »⁸.

102. — « 2º In naturale et positivum. — « Praeceptum naturale, sive juris natu- « rae, est dictamen seu judicium nostrae « rationis, quo per lumen nobis ab au- « ctore naturae impressum statuimus, « quid agendum et quid vitandum sit; « quale est illud: Bonum est faciendum, « malum fugiendum. Ex quo pracepto « generali, particularia, v. gr. Deum esse « colendum, nemini faciendam esse inju- « riam; imo omnia pracepta decalogi « (excepta circumstantia sabbati) multa- « que alia derivantur. — Praeceptum po- « sitivum, seu juris positivi, est quod li- « bera Dei vel hominum voluntate positum

¹ Can. Veritate 4, dist. 8. — ² De Legib., lib. 3, cap. 28, n. 9 et lib. 5, cap. 24, n. 8. — ³ Tr. 8, disp. 1, punct. 14, n. 12. — ⁴ De Just. et Jure, lib. 1, qu. 6, art. 4. — ⁵ De Matrim., lib. 5, cap. 5, n. 6. — ⁶ Disp. 1, de Legib., qu. 1,

tatibus parentia, ut fraudes vitentur; et nihilominus, licet fraus aliquando cesset, nec testamentum subsistit. — Sed in his et similibus casibus, distinguenda est praesumptio *juris*, in qua lex querit avertere pericula quae facile evenire solent, et tunc lex locum habet etiam in casibus qui fraude parentia; a praesumptione *facti*, quod, si deest, lex merito cessat.

Distinctio necessaria.

haec, quoad leges *civiles*, a natura ne- mini competit, nisi communitati homini- num; et ab hac transfertur in unum vel in plures, a quibus communitas regatur.

— Hinc

1º. *Summus Pontifex* nequit leges ci- viles ferre, nisi in populos qui ejus tempo- rali ditioni subduntur. — Poterit tamen abrogare vel corriger leges civiles alio- rum principum, si opponantur aequitati. Ideo in cap. *Cum haberet, de eo qui du- xit in matr.*, abrogatur lex prohibens alimenta dari filiis illegitimis.

2º. *Reges autem et principes supremi*, qui superiorem non agnoscunt, leges ci- viles ferre possunt in suis ditionibus, et ad eas in conscientia obligare. Vide di- cenda *hoc Lib.*, n. 140. — Circa autem *reginas regni haeredes*, dubitatur inter DD. Nam si conjugatae non sint, certum est posse ferre leges; si vero sint conju- gatae, etiam constante matrimonio, ad ipsas pertinere potestatem gubernandi et inde ferendi leges, probabilius putant Salmant.¹ cum Suarez, Palao, etc., contra aliquos.

3º. Eamdem potestatem habent *respu- blica*. — Aliae vero *civitates non exem- ptiae* nequeunt ferre leges, nisi ex con- suetudine aut concessione principis. Pos- sunt tamen aliqua statuta condere, qui- bus, vi contractus, obligentur cives; vel alia pracepta statuere temporalia (non perpetua), revocabilia tamen a principe, quibus subditi teneantur. Vide Salmant.²

4º. Quoad leges autem *ecclesiasticas*, certum est adesse in Ecclesia potestatem eas ferendi immediate a Christo Domino,

¹ Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 10. — *Suar.*, lib. 3, de Legib., cap. 9, n. 10 et 11. — *Palau*, tr. 3, disp. 1, punct. 22, § 2, n. 6. — ² Loc. cit., n. 12. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 14. — *Bellar.*, de Rom. Pontif., lib. 4, cap. 15 et 16. — *Cajetan.*, Opusc. 1, de Comparat. auctor. papae et concilii, cap. 3 et 12. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 6, n. 3. — *Palau*,

Ecclesiae institutore, communicatam. — Et hanc potestatem certo tenendum est, reperiri apud *Summum Pontificem*, tam- quam caput universale, Christi vicarium, et successorem S. Petri; cui totum Ec- clesiae regimen a Christo fuit commis- sum, independenter a conciliis, ut Salmant.³ cum Bellarmino, Cajetano, Lay- mann, Palao, etc.

Romanus Pontifex.

5º. *Concilia generalia* etiam possunt ferre leges pro tota Ecclesia; modo sint congregata de licentia Summi Pontificis, et pro loco ac tempore ab ipso assignatis.

An autem leges seu definitiones ab oe- cumenicis conciliis editae robur habeant ante Pontificis confirmationem? — Affir- mant aliqui, si consensus accesserit ponti- ficiarum legatorum. Sed omnino dicendum necessario require expressam Papae confirmationem, quando ipse non est concilio personaliter praesens; legatis enim nulla tribuitur facultas confirmandi synodorum statuta, quae caeterum nullam majorem auctoritatem habent, quam ipsis Pontifex impertitur: ut docet S. Thomas⁴, et cum eo communiter nostri DD., ut card. Turrecremata, Suarez, Laymann, Palau⁵, Tapia, etc., cum Salmant.⁶, contra recentiores Gallos. Et confirmatur exem- plo tot conciliarum generalium, quae, post confessas definitiones, necessarium duxerunt confirmationem Pontificis petere et obtinere; ut factum fuit in concilio Ni- caeno, et ultimo in concilio Tridentino. — Hinc merito ab Alexandro VIII proscripta

3º. Eamdem potestatem habent *respu- blica*. — Aliae vero *civitates non exem- ptiae* nequeunt ferre leges, nisi ex con- suetudine aut concessione principis. Pos- sunt tamen aliqua statuta condere, qui- bus, vi contractus, obligentur cives; vel alia pracepta statuere temporalia (non perpetua), revocabilia tamen a principe, quibus subditi teneantur. Vide Salmant.²

4º. Quoad leges autem *ecclesiasticas*,

certum est adesse in Ecclesia potestatem eas ferendi immediate a Christo Domino,

tr. 3, disp. 1, punct. 23, n. 1 et 3. — *Turrecrem.*, Sum. de Eccles., lib. 3, cap. 28, vers. Secundo et Duodecimo. — *Suar.*, de Legib., lib. 4, cap. 6, n. 2. — *Laym.*, loc. cit., cap. 6, n. 9. — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 8, art. 6, n. 2. — ⁴ Loc. cit., n. 24. — *Concil. Nicaen.*, Epist. Synodi ad Silvestrum papam; anno 325. — *Trident.*, Contin. sess. 25, cap. 7.

104. — ^{a)} D. Thomas haec dumtaxat, *de Potent. Dei*, qu. 10, art. 4, ad 13, scribit: Sicut synodus aliqua posterior habet potesta- tem explicandi symbolum a priori conditum, ita etiam Romanus Pontifex hoc sua auctoritate potest, cuius auctoritate sola synodus congregari potest, et a quo sententia synodi confirmatur, et ad ipsum a synodo appellatur.

^{b)} Palau rem clare innuit, dum, tr. 3, disp. 1, punct. 23, n. 15, ita scribit: Si concilium [generale] auctoritate Pontificis congregatum sit...; mihi... probabilius est non posse concilium leges ferre obligantes totam Ecclesiam, antequam a Pontifice appro- bantur, quia nullibi inventur talis facultas a Pontifice concessa, et ex usu contrarium constat.

Concilia generalia confirmata a Romano Pontifice.

auctoritate, atque in fideli quaestionibus decernendis infallibilitate.

6º. Hanc falsissimam propositionem plene et ex principiis confutari, valde prodest ad firmando tam fidei, quam moralium dogmata. Omnes enim propositiones a Pontificibus damnatae, licet non omnes sint haereticae, sed aliae temerariae, aliae erroneae, aliae scandalosae, etc.; tamen, accedente Pontificis definitione, tenendum est de fide, quod illae propositiones vere sint temerariae, vel alia inficiantur nota, quam ipsas pati Pontifex declaravit; et ideo esset quidem haereticus, qui easdem tamquam veras et licitas sequeretur aut propugnaret; ut bene ait Viva¹. — Quae de re, operae pretium censimus peculiarem super praedictam propositionem *Dissertationem* confidere, quam reperies in fine hujus Dubii, n. 110.

Apostoli.

7º. Verum est quod caeteris *Apostolis* etiam fuit collata potestas universalis Ecclesiam gubernandi; diverso tamen modo, ac fuit commissa S. Petro, qui poterat eos obligare, et ipsorum leges abrogare; ut Salmant.² cum Bellarmino, Suarez, Cajetano, Soto, etc.

Episcopi.

8º. Hinc *episcopi*, qui successores sunt Apostolorum, bene ferre possunt leges pro suis dioecesibus³ sine consensu capitulo; exceptis rebus quae cedere possunt in praejudicium capituli vel cleri⁴.

Undenam id accipiunt episcopi.

9º. A quoniam vero hanc potestatem legislativam episcopi recipiunt? — Alii

¹ Quaest. prodrom. ad proposit. damnat., n. 18. — ² Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 15 et 16. — *Bellarmino*, de Rom. Pontif., lib. 1, cap. 12; et lib. 3, cap. 28, § 12. — *Suar.*, de Censur., disp. 1, sect. 2, n. 9 et 11. — *Cajetan.*, Opusc. de Comparat. auctor. papae et concil., cap. 3. — *Sotus*, de Just. et Jur., lib. 10, qu. 1, art. 3. — ³ Cap. *Si quis veniret X.* de majorit. et obedient.; cap. *Animarum*, de constit. in 6º. — ⁴ Cap. *Quanto*, de his quae fiunt a paelato; (cfr. capp. *Irrita*, *Cum nos*, *Novit*, *Ea noscitur*, *Tua nuper*,

dicunt recipere immediate a Christo Domino: quia ab ipso est dignitas et officium episcopale institutum, ut Vasquez, Victoria⁵, etc., apud Salmant.⁶ Alii dicunt recipere a Pontifice, ut S. Thomas, S. Antoninus, Sotus, Palaus, etc., apud Salmant.⁶ Et sic definitum videtur a Gregorio⁷: [Romana Ecclesia] *vices suas ita aliis impetravit ecclesiis, ut in partem sint vocatae sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.* — Caeterum, haec quaestio est tantum de nomine. Nam ex una parte certum est quod episcopi, licet immediate recipiant hanc potestatem a Christo, semper tamen suscipiunt cum subordinatione ad Papam; et ex alia, licet episcopi recipiant a Pontifice, possunt tamen leges ferre absque ejus licentia, modo non opponantur legibus Pontificis, et modo potestas circa aliqua non sit Pontifici reservata. Vide Salmant.⁸

10º. *Archiepiscopi* autem non possunt ferre leges in dioecesibus suffraganeis, nisi ex consuetudine id habeant; vide Salmant.⁹

11º. *Concilia provincialia sive nationalia* alicujus nationis, sive *provincialia* alicujus metropolis, nempe episcoporum cum suo archiepiscopo; sive *synodalia*, in quo episcopus cum suis parochis, etc. convenient, ferre etiam possunt leges perpetuas pro suo territorio; vide Salmant.¹⁰

12º. *Capitula* autem nequeunt condere leges sine consensu episcopi (nisi tantum

Archiepi-scopi.

Conci-lia particu-laria.

Capitula.

Pastoralis officii, eod. tit.; et cap. *Conquestus est*, de feris), — *Vasq.*, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 152, cap. 3, n. 28. — ⁵ Loc. cit., n. 20. — *S. Thom.*, in 4 Sent., dist. 20, qu. 1, art. 4, solut. 3; (cfr. *Contra Gent.*, lib. 4, cap. 76, n. 4). — *S. Anton.*, part. 3, tit. 22, cap. 4, § 1. — *Sotus*, in 4 Sent., dist. 20, qu. 1, art. 4, concl. 2. — *Palaus*, tr. 3, disp. 1, punct. 23, n. 4. — ⁶ Loc. cit., n. 21. — ⁷ *Can. Decreto*, caus. 2, qu. 6. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 18 et 19. — ⁹ Loc. cit., n. 22. — ¹⁰ Loc. cit., n. 25.

^{c)} Victoria minus accurate hic a Salmant. et Vasquez adducitur; quamvis enim ipse, in *Relect. 2 de potest. Eccles. sect. poster.*, n. 27, concedat quemlibet apostolum *potuisse* sibi successorem relinquere; quamvis deinde n. 28, addat quemlibet successorum similiter *potuisse* relinquere sibi successorem, et denique n. 29, quemlibet episcopum *potuisse* in sua provincia condere legem, ut presbyteri eligerent episcopum, vel aliam formam institutionis dare, «etiam inconsulta sede Petri»;

attamen inferius dicit ista intelligenda esse cum hac limitatione, nempe: nisi a sede Petri aliter provideatur, proindeque Petri successorem potuisse et posse pro suo arbitrio episcopos creare et leges de hac re tollere novasque condere; ex quibus demum haec *in coroll.* 2º colligit: «Tota potestas ecclesiastica sive ordinis sive jurisdictionis mediate vel immediate pendet a sede Petri. Patet: quia ab illa sede pendent episcopi; ab eis, presbyteri et omnes inferiores ordines et potestates».

circa suos capitulares, ut probabile putant Palaus, Suarez¹¹, etc.). Ita Salmant.¹ cum Silvestro, Tapia, etc. — An vero, mortuo episcopo, possit capitulum ferre legem pro tota dioecesi, usquedum revocetur ab episcopo successore? Recte affirmant Salmant.² cum Laymann, Bonacina, Palao, Suarez, etc.; quia, sede vacante, capitulum succedit loco episcopi.

13º. *Abbatissae* possunt etiam ferre praecpta pro recta gubernatione domus, et adhuc sub culpa gravi obligare; ut dicunt Sanchez⁸ et Mazzotta⁴. — Vide Lib. IV, n. 52.

105. - Communiter autem lex humana dicitur alia *canonica* sive *ecclesiastica*, alia *civilis*.

Lex *civilis* dividitur in leges imperiales, quae dicuntur *jus commune*, divisum in *Digestos*, *Codicem* et *Instituta*; et in leges regias particulares regnum, quae dicuntur *jus municipale*.

Lex autem *canonica* comprehenditur in quinque voluminibus; quorum primum est *Decretum Gratiani* (quod verius vim legis non habere praeter illam, quam ex se habent decreta in eo contenta, dicunt Salmant.⁵ cum Cajetano, Soto, Suarez, etc., contra aliquos). — Secundum: *Decretales*. (*Decretum* citatur per causas, quaestiones, distinctiones et canones; *Decretales*, per capitula et titulos). — Tertium: *Sextus Decretalium*, qui etiam citatur per capitula, sed addito: *in Sexto*. — Quartum: *Clementinae et Extravagantes*. — Quintum: *Bullarium*. — Hi libri constant sancitis Pontificum et concilio statutis, et sine dubio vim legis habent.

¹ *Palaus*, tr. 3, disp. 1, punct. 23, n. 25. — ² Loc. cit., n. 31. — *Silvest.*, v. *Lex*, qu. 4. — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 8, art. 6, n. 4. — ³ Loc. cit., n. 33. — *Laym.*, lib. 1, tract. 4, cap. 7, n. 12. — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 3, n. 29. — *Palaus*, loc. cit., punct. 23, n. 22. — *Suar.*, de Legib., lib. 4, cap. 6, n. 14 et 17. — ⁴ *Decal.*, lib. 6, cap. 1, n. 17. — ⁵ De Natura Legis, cap. 2, qu. 5. — ⁶ Loc. cit., cap. 1,

¹¹ 106. - Quaeritur hic 1º. *An decretalia, sive epistolae, responsa, aut declarationes pontificiae, non insertae in corpore juris, vim obligandi habeant?*

Respondeatur affirmative, ex can. *Si Romanorum 1, dist. 19*, ubi Papa Nicolaus I, id expresse declarat. — Advertit tamen Pater Suarez eas non obligare nisi post promulgationem. Quamvis enim citatus auctor⁶ dicat: *Ordinarie... hujusmodi epistolae, continent responsum consulta-tionum, sunt potius declarativa quam consti-tutiva juris...; et in hoc habet ejus respon-sio auctoritatem legis, obligantis ad illam interpretationem tenendam, vel ad servandum antiquum jus secundum illam interpretationem*; attamen⁷ haec addit: *Ut... authentica sit interpretatio, oportet ut habeat omnes legi... conditiones; atque adeo, ut sit justa..., sufficienter promul-gata, etc. Unde consequenter fit, ut haec ipsam legi... interpretativa alterius expo-sita sit dubius et obscuritatis; ac subinde, ut etiam propter illam aliae interpreta-tiones necessariae sint. Idem docet Ca-stropalaus⁸, ubi ait: Debet autem haec declaratio publicari ea solemnitate, qua lex; alias non erit authentica, neque legis obligationem habebit, sed solum erit declara-tio doctrinalis.* Idem scribit Escobar⁹, ubi sic ait: *Hinc colligo, epistolae pontifi-cias non habere vim legis, nisi publicen-tur eo modo, quo epistolae assolent publicari.* Idem scribit Bonacina¹⁰, ubi ait: *Interpretationem legis factam auctoritative non habere vim legis, nisi promulgetur, quia de ratione legis est promulgatio; ita ut a) qui interfuerunt publico legis con-*

Decre-ta pontificia non inserta corpori ju-ris obligant, post pro-mulgatio-nem.

Ad 1º dicatur. — Sotus, de Justit. et Jur., lib. 7, qu. 3, art. 1, vers. *Haec ergo desunt. — Suar.*, loc. cit., cap. 5, n. 6 et 7. — ⁸ De Legib., lib. 4, cap. 14, n. 6. — ⁹ Lib. 6, cap. 1, n. 3. — ¹⁰ Tr. 3, disp. 5, punct. 3, § 1, n. 2. — ¹¹ Lib. 5, sect. 1, cap. 3, n. 21. — ¹² De Legib., disp. 1, qu. 1, punct. 4, n. 11.

^{c)} Suarez docet quidem, *de Legib.*, lib. 4, cap. 6, n. 11, capitulum ecclesiae cathedralis «posse aliquam statuta facere pertinentia ad seipsum seu capitulares suos». Utrum vero ad hoc requiratur episcopi consensus, Suarez ita distinguit: «Communis... resolutio est: minora quaedam, que solum pertinent ad bonum ordinem et regimen capituli, posse ab ipso

statui sine confirmatione episcopi...; in gra-vioribus autem, quae spectant ad suae eccl esiae commoda et ad observantium antiquarum consuetudinum, necessarium esse consensum episcopi».

¹³ 106. - a) Haec ultima pars textus ex eodem loco, sed n. 10, sumitur, ubi Bonacina scribit de ipsa legis promulgatione: «Eos qui, dum

silio non teneantur ad eam, nisi post promulgationem. Et citat pro hac sententia Salas et alios; subditque¹ sic inquiens: *Ex quo licet inferre, epistolas pontificias non habere vim legis, nisi publicentur eo modo, quo publicari solent epistolae.* Idque satis etiam confirmatur ex eodem citato can. *Si Romanorum*, ubi refertur et confirmatur decretum S. Leonis Papae, quo sic ille declaravit et decrevit: *Ne quid vero sit, quod praetermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta, tam beatae recordationis Innocentii, quam omnium successorum nostrorum, quae de ecclesiasticis ordinibus, et canonum (nota) promulgata sunt disciplinis, ita a vestra dilectione custodiri mandamus.*

Sed hic sapienter advertit Roncaglia², quod non solum constitutiones pontificiae, quae solemniter sunt promulgatae, obligationem legis inducunt; sed etiam omnes aliae, quae, ex usu et consensu Ecclesiae universalis, jam a pluribus saeculis habent pro sufficienter promulgatis et authenticis.

Quaeritur 2º. *An declarationes sacrae Congregationis cardinalium vim legis habent?* — Nulli dubium, quod pro casibus

Salas, de Legib., disp. 12, sect. 1, n. 8. — ¹ Loc. cit., n. 12. — S. Leo M., Epist. 4 (al. 3), ad Episcopos Campagniae, etc., i. f. — ² Tr. 3, de Legib., qu. 1, cap. 2, qu. 8, resp. 2. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 8, n. 28 et 30. — ⁴ Loc. cit., n. 28. — Garcia, de Benefic., in Praefat. — Rodrig., Quaest.

lex conderetur, interfuerunt publico regis consilio..., non obligari ad legem servandam, antequam legis promulgatio fiat».

^{b)} Croix, lib. 1, n. 574, dicit dumtaxat aliquos docere « ejusmodi declarationes, datas pro casibus singularibus, debere extendi ad omnes similes ».

c) Praeterea requiritur juxta Salmant., Fagnan., Barbos., locis cit., ut a secretario etiam S. Congregationis subscribantur.

d) Bulla Sixti V *Immensa aeterni*, 22 Januar. 1587 (quae in Bullar. Cherub. est ordine 74; in Bullar. Mainardi, 117), dedit hanc facultatem soli Congregationi Concilii Tridentini; quamobrem, quae hic dicenda sunt, ad eam dumtaxat Congregationem sunt referenda.

e) Salas, quem Salmant. quidem tamquam huic sententiae patrocinantem adducunt, eam tamen impugnat. Scribit enim, de Legib., disp. 21, sect. 12, n. 25, coroll. 5, quosdam negare promulgationem declarationum esse necessarium: « Sed dubito, inquit, de isto co-

particularibus, pro quibus fiunt, obligant ut leges; prout est commune apud Salmant.³ et Croix⁴.

Dubium est, *an obligent pro casibus similibus.* — Duplex est sententia, utramque probabilis, ut recte dicunt Salmant.⁴

Prima sententia asserit, quod tales declarationes, si sint munitae sigillo et subscriptione Emī card. praefecti⁵, robur habent obligandi omnes: quia talem potestatem declarandi cardinales habent a Pontifice, ut eruitur ex bulla 74 Sixti V⁶. Nec obstat, non esse promulgatas; quia promulgatione indigent leges novae, non jam declarationes de legibus jam promulgatis. Ita Garcia, Salas⁷, Rodriguez, apud Salmant.⁵; Fagnanus, Barbosa, etc., apud Croix⁶.

Sed dicunt esse necessarium, quod in ipsa declaratione exprimatur, eam fuisse promulgatam, aut saltem latam mandato summi Pontificis, aut saltem Pontifice consulto⁸; nam in bulla Sixti V sic dicitur: *Interpretandi facultatem (Nobis tamen consultis) impartimur.* — Caeterum, sicut dictum est cum Roncaglia⁷ de declarationibus pontificis, sic etiam potest dici de declarationibus sacr. Congr. Concilii, quod illae declarationes, quae, ex usu et con-

regular., tom. 1, qu. 11, art. 2. — ⁵ Loc. cit., num. 29. — Fagnan., in caput *Quoniam*, de constitution., num. 8 et seqq., num. 48 et num. 59. — Barbosa, de Jure ecclesiast., lib. 1, capit. 4, n. 81 et 83. — ⁶ Lib. 1, n. 574. — ⁷ Loc. cit.

rollario; quoniam, licei in manifestis declarationes legibus insint, et ex se sine alia promulgatione obligationem afferant, secus tamen videtur in dubiis, quia tales declarationes sunt veluti novae leges». Et, *disp. 2, sect. 9, n. 53*, de Congregationis declarationibus diserte loquens: « Interpretationem legis, inquit, non habere legis vim et auctoritatem, nisi promulgata sit». Denique, *disp. 10, sect. 9, n. 68*, ait: « Quia vero haec interpretatio [authentica] habet vim legis, necesse est ut sit promulgata...; quod nota pro iis quae diximus, *disp. 2, sect. 9*, disputantes an interpretationes cardinalium vim legis habeant».

f) Auctores illi requirunt sane ad vim obligatoriam hujusmodi declarationum, quod ipsae edantur mandante vel saltem consulto Pontifice; ex quo videtur sequi exprimendam esse eam conditionem. Fagnanus tamen id negat, dicens, loc. cit., n. 35: « Licet id in declarationibus exprimi nec opus sit nec semper soleat».

Declaratio-
nes S. Cong.
obligant in
casu.

In simili-
bus proba-
biliter obli-
gant.

Conditiones
requisitae.

sensu Ecclesiae, pluribus annis sunt sufficienter promulgatae per orbem christianum, ipsae satis obligent omnes ad earum observantiam.

Secunda vero sententia dicit quod, licet tales declarationes magni sint ponderis, non obligant tamen universe: nisi sint, non solum Papa consulto et mandante editae, sed etiam sint ejus mandato speciali solemniter promulgatae pro tota Ecclesia, ita ut praecipiat Pontifex ab omnibus illas observari. Tunc enim tantum ipse loquitur ut Ecclesiae caput et doctor; alioquin videtur loqui solum ut praeses illius Congregationis, cui non videtur tunc communicare totam suam auctoritatem et infallibilitatem. Ita Sanchez¹, Bonacina², Pontius³, Suarez⁴, Mazzotta⁵; Croix⁶ cum Cardenas et Terillo, ac cum Loth et Delbene; Diana⁷ cum Vega, Valero, Serario, etc.; Salmant.⁸ cum Vasquez, Tapia, Lezana et Villalobos⁸. Ratio hujus sententiae est, quia, ut lex obliget, omnino requiritur solemnis promulgatio legis; juxta dicta n. 96. Hinc hujusmodi declara-

¹ De Matr., lib. 8, disp. 2, n. 10. — ² Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 8, n. 4. — ³ De Matr., lib. 5, cap. 18, n. 7. — ⁴ De Legib., lib. 6, cap. 1, n. 3. — ⁵ De Natura Legis, cap. 2, quaest. 3. — ⁶ Lib. 1, n. 215 et seqq. et n. 574. — Cardenas, Cris. 1, disp. 9, n. 22 et Cris. 2, diss. 1, n. 98 et seq. — Terilo, Regul., mor., qu. 14, n. 55. — Loth, tr. 2, de Legib. pontif., art. 10. — Delbene, de Immuni. eccles., cap. 14, dub. 5, sect. 2, n. 14 et 18. — ⁷ Part. 1, tr. 10,

resol. 29. — Vega, Sum. nueva, part. 1, cap. 62, cas. 41. — Valer., Differ. utriusq. fori, v. *Absolutio*, diff. 1, n. 20 et v. *Nullitas*, diff. 5, n. 2. — Serar., Prolegom. biblic., cap. 19, qu. 11. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 3, n. 30. — Vasq., in 1st 2nd, disp. 177, cap. 8. — Tapia, Caten., tom. 1, lib. 4, qu. 8, n. 4 et 5. — Lezana, Sum., v. *Sacra Congregatio*, n. 6 et seq. — Villal., part. 1, tr. 2, diff. 7, n. 5. — ⁹ Lib. 1, tr. 4, cap. 7, § 7, n. 26. — Sanch. et Rodrig., vide loc. cit. — ¹⁰ Lib. 1, n. 576.

idem est, inquit, ac si ipse Papa eam dedisset. — Serarius, loc. cit., de quadam declaratione circa Vulgatam disserens, ait: « Istiusmodi declarationum sive judicium sententiae... auctoritatem, uti par est, reverendo, dubitari posse an absque depravatione ac mendo editae sint... Et vidi ipse declarationes easdem manuscriptas, in quibus horum nihil esset». — Suarez denique, loc. cit., non loquitur de declarationibus S. Congregationis; sed de authentica legis interpretatione generatim disserit; et requirit ut ista interpretatio habeat legis conditiones proindeque, ut sit sufficienter promulgata.

¹¹ S. Alphonsus hanc secundam sententiam his verbis limitat in 2 Elencho Quaest. reform., qu. 2: « Addendum tamen est, quod hujusmodi declarationes, quae jam in Ecclesia universaliter divulgatae, et facto sic promulgatae fuerint usu plurium annorum, vel relatione auctorum communiter ipsas referentium, hae satis omnes fideles obstrin- gunt».

cum Luca, et Fagundezⁱ⁾ apud Tamburiniūm^{j)}.

An vero *Regulae Cancellariae* obligent ubique? — Negat Lessius¹, qui ait obligare tantum in Curia romana; et huic adhaerent Diana^j, et alii. Sed affirmat Mazzotta² cum Azor^k, Gomez^k, etc.; quia sic fert praxis. Vide Croix³.

Quaeritur 3^o. *An leges civiles obligent in conscientia?*

De hoc puncto, valde scitu necessario, oportet aliqua principaliora hic adnotare. Aliae leges civiles sunt expresse a jure canonico approbatae; aliae expresse correctae; aliae vero neque approbatae, neque reprobatae. — Hinc

Dicendum 1^o. Leges *approbatae*, sine dubio in conscientia obligant. — Ita est lex Justiniani⁴, in qua datur triennium, ad experiendam conjugum impotentiam; haecque approbata fuit a Caelestino III⁵. — Ita pariter Nicolaus I approbavit⁶ leges invalidantes matrimonium inter adoptantem et adoptatum, atque ab hoc descen-

Leges civiles probatae a jure canonico obligant in conscientia.

dentes⁷; item, inter adoptatum et filios adoptantis⁸; item, inter adoptantem et uxorem adoptati, et contra⁹.

Dicendum 2^o. Leges civiles a jure canonico *correctae* non obligant quidem in conscientia. — Talis est lex¹⁰, qua invalidantur matrimonia filiorum-familias inita sine consensu parentum; sed hae leges correctae sunt in jure canonico¹¹ et ultimo in Tridentino¹². — Ita etiam in jure canonico¹² abrogatur lex civilis prohibens alimenta dari filiis spuriis. — Sic pariter in jure civili¹³ conjugatus cognoscens solutam non tenetur adulterii judicio, licet damnetur conjugata solutum admittens: sed in jure canonico¹⁴ uterque judicio subjicitur, quia utrinque fides conjugalis adhibenda est. Item in jure civili¹⁵ vidua nubens intra annum luctus multis subjicitur poenis: sed hoc abrogarunt Urbanus III et Innoc. III¹⁶. Item in jure civili¹⁷ datur facultas viro occidendi adulterum turpiter cum uxore agentem, et conceditur patri facultas interficiendi filiam in adulterio

Reproba-taenōn obli-gant.

de sponsal. et matr. — ¹¹ Sess. 24, de Reform. Matr., cap. 1. — ¹² Cap. *Cum haberet* 5, de eo qui duxit. — ¹³ L. 6, § 1, ff. de adulter. et 1. C. eod. tit. — ¹⁴ Can. *Nemo*, caus. 32, qu. 4. — ¹⁵ L. *Liberorum* ff. de his qui notantur infam. Cfr. 1. *Si qua* 2, C. de secundis nupt. et Authent. de Restit. et ea quae parit, collat. 4, nov. 39, § ult. — ¹⁶ Cap. *Super illa* et cap. *Cum secundum*, de secund. nupt. Cfr. Gloss. in cap. *Cum secundum*, v. *Legalis infamiae*. — ¹⁷ L. *Marii* ff. Ad leg. Julianam, de adult. coercend.; 1. *Gracchus*, C. eod. tit. et Institut. de nupt., in princ. — ¹⁸ Cap. *Cum locum* 14,

ⁱ⁾ Tamburinius, *Decal.*, lib. 8, tr. 1, cap. 4, § 2, n. 16, his verbis allegat Fagundez: «Vide etiam Fagundez..., loquentem de stylo curiae romanae». Et re quidem vera auctor iste disputat non de Rotae decisionibus, sed de stylo curiae, negans, *Decal.*, lib. 8, cap. 10, n. 9, hujusmodi stylum legem facere, nisi sit scriptus, in jure non in lucro fundatus, in aperto prolatus, per Summum Pontificem approbatus, certus ac invariabilis.

^{j)} Diana huic sententiae consentit, in quantum, part. 1, tr. 10, resol. 43, quaerens generatim utrum regulae Cancellariae in foro interiori obligent, respondet negative; concedit tamen eas in foro exteriori vim legis obtinere.

^{k)} Azor, part. 2, lib. 7, cap. 28, qu. 4, affirmit quidem regulam de infirmis sua beneficia resonantibus, extra curiam obligare; sed ibidem negat idem dicendum esse de omnibus Cancellariae regulis. — Ludov. Gomez vero, *Commentar. in regul. Cancell.*, Prooem., quaest. 2, hanc utique sententiam tenet; sed

n. 16, eamdem hac distinctione temperandam esse dicit: «Ut tamen magis praedicta omnia sustineri valeant, possent foedere distinctionis istae opiniones concordari, ut videlicet prima opinio procedat in regulis quae non sunt de dandis... Aut vero loquimur in regulis quae sunt de dandis, prout sunt fere omnes judiciales, quae habent decretum irritans, et in illis procedat secunda opinio... Non tamen infior, plures regulas judiciales reperiiri in hoc volumine, quae non procedunt coram ordinariis extra curiam, propter aliquam particularem rationem».

^{l)} L. *Per adoptionem*, ff. de ritu nuptiar., invalidat matrimonium inter adoptatum et filios adoptantis, non perpetuo, sed solum quamdiu manet adoptio. «Per adoptionem quae sita fraternitas eosque impedit nuptias, donec manet adoptio. Ideoque eam, quam pater meus adoptavit et emancipavit, potero uxorem ducere aequa et si, me emancipato, illam in potestate retinuerit, poterimus jungi matrimonio».

deprehensam¹. Sed haec reprobantur in jure canonico² et ab Alexandro VII³. Dubitatum autem fuit an fuerit abrogata lex *Uxorem, de ritu nupt.*, quae invalidabat matrimonium inter vitricum et uxorem privigni; sed S. Congr. Concilii, die 8 martii an. 1721, declaravit validum tale matrimonium.

Leges non reprobatae.

Dicendum 3^o. Leges civiles *non reprobatae* videntur tacite approbatae a jure canonico. — Nam ibi⁴ sic dicitur: *Sicut leges non dedignantur sacros canones imitari; ita et sacrorum statuta canonum principum constitutionibus adjuvantur*. Et alibi⁵: *Sancta Ecclesia legum saecularium non respuit famulatum, quae aequitatis et justitiae vestigia imitantur*. — Hinc Fagnanus⁶ et noster Papa Benedictus XIV⁷ cum Abbat, Menochio et communi, dicunt, judicem ecclesiasticum in quaestib[us], in quibus de jure canonico nihil reperitur decisum, debere se conformare juri civili. Et Gelasius Papa⁸ scripsit: *Quantum ad ordinem pertinet publicae disciplinae..., legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites*.

DE CONSUETUDE.

107. — De *Consuetudine* hic tractandum, de qua nihil habetur apud Busenbaum.

Dictum est de lege scripta: nunc aliqua sunt addenda de consuetudine, quae dicuntur *lex non scripta*.

Ut consuetudo vim legis habeat, tria requiruntur:

Introducen-da a com-munitate.

I^o. *Quod introducatur*, non a persona particulari, sed a *communitate*; saltem a majori parte communitatis, quae capax

¹ L. *Quod ait lex*, ff. eod. tit. — ² Can. *Inter haec*, caus. 33, qu. 2. — ³ Proposit. 19 damnat. — S. C. C., apud Bened. XIV, de Synodo, lib. 9, cap. 18, n. 2. Cfr. Thesaur. Resolut., tom. 2, in Bojanen., 8 mart. 1721. — ⁴ Cap. *Intelleximus*, de novi operis nunciati. — ⁵ Cap. *Super specula*, de privilegi. — ⁶ In cap. *Cum esses*, de testam., n. 18. — ⁷ De Synodo, lib. 9, cap. 14, n. 1. — *Abbas antiqu.*, in cap. *Intelleximus*, de novi op. nunciati, n. 2. — *Menoch.*, de Arbitrar. judicium, lib. 2, cas. 185, n. 12. — ⁸ Epist. 8, ad Anastas. imperat. — ⁹ Tr. 11 de Legib., cap. 6, n. 5 et seqq. — S. Thom., 1^a 2^{ae}, qu. 97, art. 3, ad 2^m. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 1, qu. 7, art. 2, ad 2^m. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 24, n. 11.

Rationa-bilis.

^{107. — a)} Salmant., loc. cit., auctores istos allegant non quidem pro tribus membris asserti; sed pro secunda dumtaxat ejusdem parte, qua scilicet docent «quod... in statu pro-

sit ferendi leges, licet actu leges ferre nequeat; nam consuetudo tunc habet vim legis ex tacito principis consensu. — Salmant.⁹ cum S. Thoma.

Notandum hic, quod mulieres nequeunt introducere consuetudinem contra leges proprias virorum, nec vice versa; ut neque ecclesiastici contra leges laicorum, vel contra, nisi materia sit communis. Salmant.¹⁰ Hinc etiam circa res spirituales, clerici non obligantur ad consuetudinem factam a laicis. Salmant.¹¹ cum Sanchez, Palao, etc. — Mercatores tamen, quia distinctam faciunt communitatem, possunt introducere consuetudinem obligantem omnes. Salmant.¹² cum Palao, Suarez, Bonacina, Tapia.

^{II^o}. Requiritur ut consuetudo sit *ratiabilis*: quare nulla valet consuetudo contra legem naturalem aut divinam, sed tantum contra humanam. Addendum tamen non requiri bonam fidem; nam etiam peccando potest fieri consuetudo. Salmant.¹³ cum Suarez, Palao, etc. — Consuetudo enim triplicem statum habet. In initio, introducentes consuetudinem contra legem, omnes peccant. In progressu, non peccant illa jam a majoribus introducta utentes, sed possunt a principe puniri. In fine autem nec peccant, nec puniri possunt illa jam praescripta utentes. Ita Salmant.¹⁴ cum Palao, Cajetano, Soto, Laymann, etc. ^{a)}.

^{III^o}. Requiritur *tempus diuturnum, continuatum, cum repetitis actibus*.

Quodnam autem tempus sufficiet? — Prima sententia dicit relinqui arbitrio prudentum, juxta repetitionem actuum et ne-

Tempus diuturnum.

n. 36 et seqq. — ¹¹ Loc. cit., n. 38. — *Sanch.*, Consil., lib. 5, cap. 1, dub. 21, n. 2. — *Palau*, tr. 3, disp. 3, punct. 4, § 1, n. 2; cfr. punct. 3, n. 6. — ¹² Loc. cit., n. 8. — *Palau*, loc. cit., punct. 3, n. 6. — *Suar.*, de Legib., lib. 7, cap. 9, n. 11. — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. ult., § 3, n. 30. — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 25, art. 7, n. 4. — ¹³ Loc. cit., n. 12. — *Suar.*, lib. 7, cap. 6, n. 16 et cap. 18, n. 8. — *Palau*, loc. cit., disp. 3, punct. 2, § 1, n. 3. — ¹⁴ Loc. cit., n. 13. — *Palau*, loc. cit., punct. 2, § 1, n. 5. — *Cajetan.*, in 1^m 2^{ae}, qu. 97, art. 3, ad 2^m. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 1, qu. 7, art. 2, ad 2^m. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 24, n. 11.

gressus non peccent, qui consuetudinem contra legem sequuntur, et sunt successores eorum qui illam introduxerunt». Quod profecto praelaudati doctores, loc. cit., tenent.

gotiorum qualitatem: Vasquez, Tapia^{b)}, Villalobos, etc. apud Salmant.¹⁾ — Secunda sententia dicit sufficere et requiri decennium; hoc enim est longum tempus, requisitum a jure ad consuetudinem introducendam: nisi aliud sit alicubi sancitum²⁾. Ita Salmant.³⁾ cum Laymann, Suarez, Palao, etc., licet doceant primam esse valde probabilem.

An vero hoc decennium sufficiat contra leges canonicas? — Affirmant Lessius, Sa^{c)}, Azor^{d)}, Palau, Navarrus^{e)}, etc. Ne-gant tamen Salmant.⁴⁾ cum Laymann, Bonacina, Suarez, Reginaldo, etc., ex cap. De quarta et cap. Ad aures, de praescr. Sed vide infra, n. 139. — Notant autem Salmant.^{f)} cum Granado^{f)}, Salas^{f)}, etc.,

Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 177, cap. 5, n. 46. — Villalob., part. 1, tr. 2, diff. 38, n. 12. — Loc. cit., n. 15. — Ex L. Cum in longi, ult., C. de prescriptione. — Tr. 11, de Legib., cap. 6, n. 16. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 24, n. 2, n. et n. 6. — Suar., lib. 7, cap. 8, n. 7 cum cap. 15, n. 5. — Palau, tr. 3, disp. 3, punct. 2, § 2, n. 5. — Less., de Just. et Jure, lib. 2, cap. 6, n. 47. — Palau, loc. cit., n. 9. — Loc. cit., n. 17. —

sufficere dictum eximii doctoris, etiam moderni, asserentis legem abrogatam esse, ut a lege deobligemur.

Dicitur autem requiri tempus continuatum; nam si interrumpatur, etiam per unicum actum a majore parte communis, vel si interim princeps puniat consuetudinem introducentes, consuetudo non praescribitur. Ita Salmant.⁵⁾ cum Laymann, Suarez, Bonacina, Palao, etc.

Dicitur autem: repetitis actibus. — Ad consuetudinem enim requiritur: 1^o. Ut actus sint repetiti per plures vices, juxta prudentum arbitrium; ut Salmant.⁶⁾ cum Palao, Bonacina, Suarez, etc.; contra Lessius^{g)}, Reginaldum^{g)}, Sa^{g)}, Diana^{g)}, etc., qui dicunt duos vel tres actus sufficere. —

Laym., loc. cit., cap. 24, n. 6. — Bonac., de Legib., disp. 1, qu. 1, punct. ult., § 3, n. 32. — Suar., lib. 7, cap. 18, n. 12. — Regin., lib. 18, n. 247. — Loc. cit., n. 19. — Laym., loc. cit., cap. 24, n. 14. — Suar., lib. 7, cap. 8, n. 15. — Bonac., loc. cit., n. 33; cfr. n. 32 et 34. — Palau, i. c., § 2, n. 11. — Loc. cit., n. 22. — Palau, loc. cit., punct. 2, § 3, n. 3. — Bonac., loc. cit., n. 32. — Suar., lib. 7, cap. 10, n. 3.

Continua-tum.

Repetitio actuum.

Intentio se obligandi.

^{b)} Tapia, pro hac sententia a Salmant. allegatur, et ipse, tom. 1, lib. 4, qu. 25, art. 9, n. 2, affirmit utique prudentis arbitrio relinquendum esse, quodnam tempus ad inducendam consuetudinem satis sit; sed n. 4 (quod Salm. non adverterunt), regulas assignans, quas vocat moraliter certas, ex quibus id possit arbitrio prudentis dignosciri, hanc statuit: « Altera regula est quod, quamvis non semper requiratur tantum tempus, sufficiet tamen regulatice loquendo, tempus decem annorum ad quamlibet consuetudinem, ut inducat jus atque obligationem legis ».

^{c)} Emmanuel Sa, v. Consuetudo, n. 3, hanc suam sententian his verbis limitat: « Papa scientie et non contradicente ».

^{d)} Azor videtur male citari a Salmant.; quamvis enim ipse mentem suam non aperiat, eam tamen, ut ex dicendis liquebit, satis innuit. Nam, part. 1, lib. 5, cap. 18, qu. 60, opinionem exponit, quae asserit consuetudinem contra canonem valere post decennium, « scientie principe et impune permittente ». Quam opinionem affirmit improbari a Panormitano. Deinde afferit sententiam, quae negat ullam consuetudinem contra canonem valere ante quadraginta annos, « etiam scientie et patiente principe, nisi eam expressim approbet ». Et haec, inquit, est « communis opinio ».

^{e)} Navarrus a Salmant. allegatur, quasi doceat in 1^o edit. Consilior., decennium sufficere contra legem canonicam. Editionem istam reperire nequivit; sed certe, in 2^o edit., lib. 1, de consuetudine, cons. 2, n. 1, oppositum tenet Navarrus, dicens de consuetudine contra

canonicam legem: « Oportet quod sit rationabilis et praescripta spatio quadraginta annorum »; secus non fore validam.

^{f)} Salmantenses, loc. cit., n. 18; Jacobus de Granado, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, tr. 3, disp. 16, n. 12; Salas, de Legib., disp. 19, sect. 18, n. 108, tenent profecto satis esse dictum unius eximii doctoris. Ne tamen doctrina haec contraria sit iis, quae S. Alphonsus disseruit de dubia legis abrogatione, n. 27, supra, limitanda est ad casum quo alii doctores non contradicunt; vel si contradicant, eorum dictum sit certo minus probabile asserto doctoris asserentis legem esse abrogatam.

^{g)} Lessius, lib. 2, cap. 6, n. 46; Reginaldus, lib. 13, cap. 16, n. 162; Diana, part. 5, tr. 14, resol. 62, quos Salmant., n. 21, adducunt contra priorem opinionem, re tamen vera ei non contradicunt, cum de diversa hypothesi loquantur. Primae enim sententiae auctores negant duos vel tres actus satis esse ad inducendam consuetudinem, seclusa expressa principis voluntate, « et solum (ut ajunt Salmant.) supposito consensu generali requisito ad consuetudinem ». — Auctores vero secundae sententiae affirmant satis esse unum vel duos actus, accedentes scilicet principis scientia et consensu. — Quin etiam Diana, part. 6, tr. 5, resol. 7, (ut allegant Salmant.) his verbis quae-sitionem concludit, uti S. Alphonsus ipse: « Unde ego puto..., quando frequenta actuum inducat consuetudinem, relinquendum esse arbitrio judicis ». — Emmanuel Sa denique, v. Conscientia, n. 5, haec tantum habet: « Consuetudine dicitur seu solitum, quod bis factum est ».

2^o. Ut actus sint liberi, non autem per vim aut metum aut ignorantiam positi; puta, si populus censeat existere legem quae revera non est. Salmant.¹⁾ cum S. Thoma, Diana, Tapia, etc. — 3^o. Requiritur, ut actus sint notoriⁱⁱ, saltem notorieta facti; ut Salmant.²⁾ cum Palao, Suarez, Bonacina, Diana, Basilio, etc.; contra aliquos, qui requirunt notorieta etiam juris, ut sententia judicis consuetudo probetur.

IV^o. Requiritur ad consuetudinem perficiendam intentio se obligandi, vel consuetudinem introducendi. — Quare nulla fit consuetudo, si populus aut major ejus pars agit ex devotione, gratitudine et simili; aut si laeseris legem animo tantum non satisfaciendi ex levitate^{h)}. Salmant.³⁾ cum Palao, Laymann, Bonacina, etc. Hic autem animus cognoscitur ex circumstantiis; nempe, si consuetudo constanter obser-vetur, et cum non levi incommodo; si trans-gressores puniantur; si ita sentiant com-panier homines pii. Croix⁴⁾ et Salmant.⁵⁾

In dubio autem, an consuetudo sit ex devotione vel obligatione; sub gravi vel levi; an obliget ad culpam vel poenam

¹⁾ Loc. cit., n. 24 et 25. — S. Thom., 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 3. — Diana, part. 6, tr. 5, resol. 9. — Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 25, art. 6. — Loc. cit., n. 26 et 27. — Palau, loc. cit., § 3, n. 9. — Suar., lib. 7, cap. 11, n. 2; cfr. cap. 10, n. 5. — Bonac., loc. cit., n. 25. — Diana, 1^{am} 2^{ae}, qu. 97, art. 3, ad 3. — Palau, loc. cit., punct. 2, § 4. — Suar., lib. 7, cap. 18, n. 6 et seqq. et cap. 18, n. 15. — Sanch., de Matrim., lib. 7, disp. 4, n. 12 et 14. — Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 24, n. 10. — Bonac., loc. cit., n. 34 et 35. — Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 25, art. 11, n. 2 et 4.

^{h)} S. Alphonsus in *Istruzione e Pratica*, cap. 2, n. 84 et 85, (edit. 6^a, Neap. 1765) enucleatus et magis distincte tractat de scientia et intentione, quae requiruntur ad consuetudinem. Et primo quidem distinguunt consuetudinem quae legem inducit, ab ea quae legem abrogat, et quae vocatur desuetudo. Ad primam omnino requirit, ut inducentes scientiam legem non adesse; unde si falso putarent legem jam adesse, consuetudo vim legis non obtineret, quia populus nova obligatione ligari nequit, nisi certo intendat velle se obligare. Ad alteram vero seu desuetudinem, quamvis satis non sit intentio legem transgreendi, sed requiratur intentio legem abrogandi (in iis utique qui legem adesse norunt), proinde que cum mala fide praescribi possit contra legem; nihilominus, si lex multo tempore, bona fide, scilicet ex legis ignorantia, servata non fuerit, posse etiam contra ipsam prae-

scribi. Ita S. Alphonsus, loc. cit.; cfr. etiam Hom. apost., tr. 2, n. 79 et 80. Unde sive bona sive mala fide desuetudo introduci potest.

ⁱ⁾ Cardenas non satis accurate citatur a Croix quoad omnia. Quamvis enim in 1 Crisi, disp. 23, cap. 5, art. 4 et 5, cum Croix consentiat quoad radicem obligationis, quae inest universalibus Ecclesiae consuetudinibus; at profecto, art. 7, n. 119 et 132, vim istam obli-gandi tribuit quibusdam tantum, sed non omnibus eiusmodi consuetudinibus.

^{j)} Lex *De quibus, ff. de legib.*, quam S. Alphonsus hic allegat, non refertur directe ad assertum; sed videtur desumi ex Salmant., qui dicunt ad consuetudinem requiri consen-sum legislatoris, « sive sit princeps supremus, sive communitas absoluta, quae potest leges sancire ». Et hoc ultimum, quod scilicet com-munitas sive populus possit leges sancire, ha-beatur in citata lege.

vero princeps resistit, tunc nulla fit consuetudo. Salmant.¹ Hinc dicunt² cum Laymann, Bonacina, Suarez, Barbosa, etc., contra alios, nullam dari consuetudinem contra immunitatem ecclesiasticam.

108. - Quod ad effectus autem consuetudinis pertinet, notandum quod consuetudo potest non solum tollere legem, sed etiam poenam illius, remanente culpa, vel contra. Vide Salmant.³ — Potest etiam consuetudo validare contractum irritatum per legem. Salmant.⁴ — Potest etiam introducere nova impedimenta irritantia matrimonium. Salmant.⁵

Sed quid, si a lege prohibeatur contraria consuetudo? — Distingue: Si apponatur clausula: *non obstante quacumque consuetudine*, intelligitur reprobari consuetudo opposita praeterita, non vero futura. Salmant.⁶ cum Suarez, Tapia, Villalobos. — Si autem clausula reprobatur quamcumque consuetudinem futuram, adhuc Salmant.⁷ cum Suarez, Basilio, Bonacina, etc., dicunt probabilius esse posse consuetudinem talem legem abrogare.

Quid, si reprobetur omnis consuetudo futura, ut irrationalis? — Respondeatur quod si reprobetur tamquam contraria legi naturali seu divinae, nulla tunc consuetudo valere potest. Si vero reprobetur ut irrationalis pro tempore quo fit lex, tunc ex nova causa rationabilis reddi potest et valere. Salmant.⁸ cum Suarez, Tapia, Diana.

Potest denique consuetudo legem dubiam interpretari. — Et haec interpreta-

¹ Loc. cit., n. 31. — ² Loc. cit., n. 32. — ³ Laym., lib. 4, tr. 9, cap. 10, n. 1. — ⁴ Bonac., tom. 3, de Censur., disp. 1, qu. 20, punct. 3, n. 10. — ⁵ Suar., Defensio fidei, lib. 4, cap. 32, n. ult. — ⁶ Barbosa., in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut., n. 18 et seqq. — ⁷ Loc. cit., n. 38, 39 et 40. — ⁸ Tr. 9, de Matrim., cap. 11, n. 32; cfr. tr. 11, cap. 6, n. 41. — ⁹ Tr. 9, de Matrim., cap. 11, n. 22. — ¹⁰ Tr. 11, de Legib., cap. 6, n. 42. — ¹¹ Suar., lib. 7, cap. 7, n. 2. — ¹² Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 25, art. 17, n. 8. — ¹³ Villal., part. 1, tr. 2, diff. 39, n. 8. — ¹⁴ Tr. 11,

tio vel potest esse *authentica*, ita ut illa interpretatio sit nova lex; vel potest esse *probabilis*, cum consuetudo praecedat, vel legem subsequatur: lex enim non intelligitur derogare consuetudini antecedenti, nec consuetudo legi, nisi expresse opponatur. Et ad hanc consuetudinem probabiliter interpretantem minus tempus requiritur, quam ad consuetudinem legi adversantem praescribendam. — Communiter autem asserunt doctores, leges interpretandas esse juxta loci consuetudinem, etsi verba legis minus proprie accipienda sint. Salmant.⁹

109. - Potest autem consuetudo per contrariam legem a superiore revocari.

Sed quaeritur 1º. *An per legem generalem derogetur consuetudini speciali aliquis loci?* — Respondetur negative, nisi in lege mentio fiat illius consuetudinis, vel in ea revocetur quaecumque consuetudo. Et probatur ex jure canonico, ubi sic habetur^{a)}: *Non enim censetur abrogata consuetudo speciali lege, quia praesumitur princeps ignorans talis consuetudinis.* Vide Salmant.¹⁰ Si vero princeps, notificatus de consuetudine, nolit legem revocare, tunc censetur revocata consuetudo. Salmant.¹¹ cum Palao, Suarez, Bonacina^{b)}, etc. — Episcopitamen per eorum leges abrogant quamcumque consuetudinem particolarem, quia praesumuntur ipsi plenam notitiam habere consuetudinum dioecesum suarum. Salmant.¹²

Nota autem quod praedicta doctrina^{c)}

cap. 6, n. 43; et tr. 9, cap. 11, n. 33. — ^a Suav., lib. 7, cap. 19, n. 21. — ^b Basil. Pontius, de Matrim., lib. 6, cap. 6, n. 9. — ^c Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. ult., § 3, n. 48. — ^d Palau., loc. cit., n. 10. — ^e Garcia, de Benefic., part. 3, cap. 2, n. 190 et seqq. — ^f S. C. C., in Bullarom., Brev. Cum sicut accepimus, die 30 Januar. 1624;

Consuetudo legem interpretatur.

Immemorabilis quando revocatur.

procedit de consuetudine jam praescripta, non autem de incepta. — Salmant.¹ cum Mascardo^{d)}, Glossa^{d)}, etc., contra Suarez^{e)}.

Quaeritur 2º. *An, posita clausula revocatoria cujusque consuetudinis, intelligatur revocata etiam consuetudo immemorabilis?* — Nega, nisi exprimatur; quia,

quando superior vult etiam illam revocare, id exprimit. Salmant.² cum Abbat^{e)}, Suarez, Bonacina, Palao et Garcia, qui affert plures declaraciones S. Congr.

Potest autem aliqua consuetudo abrogari per aliam contrariam, quae repetitis actibus modo, ut supra, praescribatur. Vide Salmant.³

Consuetudo per contrariam abrogatur.

DISSERTATIO

super propositionem 29 damnatam ab Alexandro VIII, quae dicebat: *Futilis, et toties consulsa est assertio de Pontificis Romani supra concilium oecumenicum auctoritate, atque in fidei quaestionibus decernendis infallibilitate.*

110. - Haec celeberrima quaestio, et hoc tempore tam fortiter agitat, sicut ad eam pertractandam integro Libello (qui tamen lucem non vidit) aliquando me duxit; ita nunc me urget, ut in ea aliquantulum immorer. Hinc parcat mihi lector, si a meo instituto nimis recedere videar. Duo hic valde magni ponderis enucleanda occurunt; primum, an auctoritas summi Pontificis, extra concilium, in rebus fidei et morum decernendis, sit *infallibilis*; alterum, an auctoritas Papae sit *supra oecumenicum concilium*.

§ I. - De Infallibilitate Papae.

Opiniones variae.

Circa hanc Pontificis infallibilitatem, plures adsunt opinione.

Prima est Lutheri et Calvinii, qui haeretice docent Papam, loquentem etiam ut

¹ Loc. cit., n. 54. — ² Loc. cit., n. 55. — ³ Suav., lib. 7, cap. 20, n. 18. — ⁴ Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. ult., § 3, n. 48. — ⁵ Palau., loc. cit., n. 10. — ⁶ Garcia, de Benefic., part. 3, cap. 2, n. 190 et seqq. — ⁷ S. C. C., in Bullarom., Brev. Cum sicut accepimus, die 30 Januar. 1624.

speciale legi generali abrogari, intelligendum esse censem non solum de consuetudine praescripta, sed etiam « de consuetudine rationabili et honesta, et tam publico usu et tanto tempore firmata, quod sufficeret ad legem introducendam, si princeps illam sciret ».

⁸ Abbas Panormitanus, quem Salmant. adducunt (et pariter Mascardus, de Probat., concl. 429, n. 3), quasi huic doctrinae rationem in Consil., part. 2, consil. 71, afferat: quod scilicet consuetudo immemorabilis rationem habeat privilegii; nihil tamen simile loc. ctt., affirmat. Sed in consil. 70, i. f., scribit: « Non... per verba generalia praesumitur princeps velle juri alterius praejudicare, de illo non habita mentione ».

Clerici gallicani declaratio.

Lex quamdo consuetudini speciali aliquis loci derogatur.

Constantiensis... de cetera de auctoritate conciliorum... nec probari a Gallicana ecclesia, qui eorum decretorum, quasi dubiae sint auctoritatis ac minus approbata, robur infringant, aut ad solum schismatis tempus concilii dicta detorquent. Quarta autem: In fidei quoque quaestionibus praecipuas summi Pontificis esse partes, ejusque de cetera ad omnes et singulas ecclesias pertinere; nec tamen irreformabile esse iudicium, nisi Ecclesiae consensu accesserit. — Et in eodem Gallicanae Facultatis decreto demandatum fuit, ut nullus lauream doctoratus reciperet, nisi has propositiones publice prius propugnasset, et exinde ad eas sustinendas juramento se adstringeret. Postmodum Alexander VIII, per bullam quae incipit: *Inter multiplices*, anno 1690 praefatum Facultatis Parisiensis decretum irritum declaravit, nullamque de eo rationem habendam esse praecepit. Sed Ludovicus Maimburgus (cui postea se adiunxit alter Ludovicus Dupinus), dimisso habitu Societatis Jesu, imo ab illa merito expulsus, ad eas tuendas se obtulit, sicut audacter fecit, donec inopinata morte dignam suea audaciae a Deo mercedem recepit.

Verumtamen circa annum 1693, idem episcopi, qui ad eas quatuor propositiones emanandas conspiravere in consensu habito anno 1682; postea per epistolam ad

¹ Histor. ecclesiast., tom. 5, pag. 75. — ² Animadvers. in Natal. Alex., in eam propos. quae Concilia oecum. Papae praeponit, § 11. — ³ Exercit. 19, in propos. 29 ab Alex. VIII damnat. — ⁴ 2^a, qu. 1, art. 10. — ⁵ Turrecr., Sum. de Ecclesia, lib. 2, cap. 109. — ⁶ Gotti, Theol. schol. dogm., tr. 1 Isagog., qu. 8, dub. 6, § 1 et 2, n. 2. — ⁷ Cajetan., Opusc. de Auctorit. Papae et Concil., tr. 1, cap. 9, vers. *Ad aliam*. — ⁸ August. Triumph., de Potest. ecclesiast., qu. 10, art. 1. — ⁹ Nic. de Lyra, in Luc. cap. xxxii, 32, gloss., n. 6. — ¹⁰ S. Franc. Sales., Controv. fid., disc. 40. — ¹¹ Spondan., Annal. eccl.

Innocentium XII missam, ab omnibus illis se retractarunt. Idemque christianissimus rex Ludovicus XIV edictum, publice prius editum pro observatione antecedentis Parisiensis decreti, alio publico edicto revocans, aliam retractionis epistolam ad Pontificem transmisit. — Vide de hoc Graveson¹, Roncaglia² et Milante³. — Hactenus de tertia sententia.

Quarta vero communis sententia, cui nos subscribimus, est, quod licet Romanus Pontifex, quatenus particularis persona privatus doctor, possit errare (sicut etiam est fallibilis in quaestionibus meri facti, quae ex hominum testimoniis praecipue pendent); *cum tamen Papa loquitur tamquam doctor universalis definiens ex cathedra*, nempe ex potestate suprema tradita Petro docendi Ecclesiam, *tunc dicimus ipsum in controversiis fidei et morum decernendis omnino infallibilem esse*. Hanc sententiam tuentur D. Thomas⁴, Turrecremata, Gotti, Cajetanus, Alexander de Ales⁵, S. Bonaventura⁶, B. Augustinus Triumphus, Nicolaus de Lyra, S. Franciscus Salesius, Spondanus, Thomassinus, Ludovicus Bail, Duvallius aliquique innumeri, citati a Milante⁷, episcopo Stabiensi, Alexander VIII, et communiter reliqui theologi omnes; ut testantur card. Gotti⁸, Milante⁹ et Troila¹⁰.

siast. (Baronii Epitome), ad ann. Christi 33, n. 5 et 6. — ¹¹ Thomassin., Dissertat. in Concilia, dissertat. 12 et 18. — ¹² Ludov. Bail, Apparat. ad summ. Concilior., part. 3, qu. 47, 48, 49 et 51. — ¹³ Duval., de suprem. Rom. Pontif. auctorit., part. 2, qu. 2, 2 et 5. — ¹⁴ Loc. cit., vers. *Quid autem dicam*; et vers. *Quod parvum*. — ¹⁵ Alexander. VIII, Proposit. 29 damnat. — ¹⁶ Vera Eccles. Christi, cap. 11, § 1, n. 2. — ¹⁷ Loc. cit., vers. *Quid autem dicam*. — ¹⁸ Theolog. dogm., tr. 6. de Pontif., d. 1, § 2, n. 14 (ita ap. S. Alph.).

¹⁰ — ^a Alexander de Ales, in *Summa*, part. 3, (quam quidem citat Milante) non de infallibilitate summi Pontificis loquitur, sed dumtaxat de supra ejus auctoritate: « Inferior, inquit, loc. cit., qu. 40, membr. 2, superiore propri, hoc est ex auctoritate examinando, arguendo et puniendo, judicare non potest ». Et *ad 1um*: « In ordine potestatum spiritualium, nullus est major Papa ». Et *ad 5um*: « Quantum ad dignitatem praelationis, Petrus inter apostolos non habebat parem ». Deinde, qu. 40, membr. 5, i. f., quaerens utrum possit esse aliqua potestas, quae habeat dijudicare summum Pontificem: « Dicendum, cap. 12.

inquit, quod... summus Pontifex non potest ab alio quam a Deo judicari ».

^b S. Bonaventura, in sua *Expositione in regulam Fratrum Minorum*, aperte declarat Romanum Pontificem infallibilem esse in materia morum. « Cum ratione pietatis et honestatis (ita S. Doctor in exposit. ipsius Confirmationis regul.) dicat se summus Pontifex hanc regulam confirmasse, impii sunt qui, a sede Apostolica discordantes, regulam istam dicunt servari non posse, et per consequens aliquid impium continere. Tales haeretici sunt et schismatici ». Cfr. etiam *Breviloquium*, part. 6, cap. 12.

Adsunt alii inter hos, qui dicunt Papam esse quidem infallibilem, sed tum tantum cum in quaestionibus definiendis mature procedit, sapientum judicium audiendo. Sed rectius alii dicunt hanc conditionem solum de congruentia esse, non autem de necessitate: infallibilitatis enim promissionem necesse est, ut omnes qui pontificiam infallibilitatem tuentur, non consiliariis, nec examini, sed soli Pontifici factam fuisse fateantur: alias haeretici semper objicere possent, sufficiens examen non exstisit; sicut de facto sectarii in Tridentinum opposuere. — Ad providentiam autem Spiritus Sancti pertinebit (ut recte ait Suarez¹), quod Pontifex non temere nec imprudenter unquam in tantis rebus agat, et decernat.

¹¹ — Nostra conclusio probatur I^o *Ex Scripturis*; et praecipue ex illa Matth. xvi, 18: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam*. — Natalis Alexander pro *petra* explicat Ecclesiam; sed inepta interpretatio, quae ineptum redderet sensum, nimirum (ut ipse intelligit), *super hanc ecclesiam aedificabo Ecclesiam meam*. Attamen ex ipso sensu patet, quod totus sermo dirigitur ad Petrum; et communiter SS. Patres, ut Basilius, Cyprianus, Chrysostomus, Hilarius, Tertullianus, Epiphanius et Origenes (apud Joseph. Baronium², contra Picinimum), dicunt nomine *petrae* intelligi Petrum.

Et signanter S. Basilius³ ait de Petro: *Quoniam fide praestabat, Ecclesiae aedificationem in seipsum recepit*. Et S. Leo⁴: *Tantum... in hac fidei sublimitate compla-*

¹ De Fide, disp. 5, sect. 8, n. 11. — ² Natal. Alex., Histor. eccl., saec. xv et xvi, dissert. 4, art. 1, n. 11. — ³ S. Basil., Advers. Eunomium, lib. 2, n. 4. — ⁴ S. Cyprian., Epist. 40, n. 5; epist. 71, n. 3. — ⁵ S. Chrysost., Homil. 2, de Poenit., in psalm. 1, n. 5, v. f. (inter opera Chrysost. spuria); cfr. in Matth., homil. 54 et 82 (al. 55 et 83). — ⁶ S. Hilari., in Matth., cap. xvi, n. 7. — ⁷ Tertull., de Praescriptione, cap. 22. — ⁸ S. Epiphanius., Panarium (advers. haereses), haeres. 59, n. 7, S. Alph.).

^{III. — a} Verba haec sunt Bellarmini, *de Rom. Pont.*, lib. 1, cap. 11, init., sententiam Chalcedonensis concilii afferentis; et re quidem vera, concilium, in *Actione* 3, in litteris directis ad Dioscorum, tertio vocatum, sic loquitur: « Una cum... Beato Petro apostolo, qui est petra et crepido catholicae Ecclesiae ».

⁹ — ¹⁰ Verba ista sunt Bellarmini, *op. cit.*, lib. 4, cap. 3, post med.; textus autem Origenis genuinus hic est: « Manifestum est, inquit in suo Comment. in Matth., tom. XII, n. 11, vet. interpret., quia nec adversus petram illam, super quam aedificatur Ecclesia, nec adversus Ecclesiam, quae aedificatur super hujusmodi

i. f. — ¹¹ Origen., Fragm., ap. Euseb. Histor. eccl., lib. 6, cap. 25. — ¹² Dissert... contra J. Picinini... apolog., dissert. 2, cap. 3, n. 5. — ¹³ Loc. cit. — ¹⁴ Serm. 51, cap. 1. — ¹⁵ De Unitat. Eccles., n. 4. — ¹⁶ S. Cyprian., Loc. cit., paulo superius. — ¹⁷ Serm. 4 (al. 3) de Natali ipsius, cap. 2. — ¹⁸ Bellarm., de Rom. Pontif., lib. 1, cap. 11, init. — ¹⁹ S. Cyril. Alexandr., Thesaur., ap. S. Thom., Caten. aur. in Matth., xvi, 18.

²⁰ Verba ista sunt Bellarmini, *op. cit.*, lib. 4, cap. 3, post med.; textus autem Origenis genuinus hic est: « Manifestum est, inquit in suo Comment. in Matth., tom. XII, n. 11, vet. interpret., quia nec adversus petram illam, super quam aedificatur Ecclesia, nec adversus Ecclesiam, quae aedificatur super hujusmodi

Probatur quoque ex Luca xxii, 32: *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Ex quo pariter textu affirmat Maldonatus auctores collegisse Pontifices esse perpetuo infallibiles^{c)}.

112. - Probatur II^o ex conciliis oecumenicis. — Et 1^o ex concilio Chalcedonensi, ubi (ut refert D. Thomas¹⁾) habetur: *Omnia ab eo (scilicet Papa) definita teneantur, tamquam a vicario apostolici throni.* In ejusdem synodi actione secunda, cum legeretur epistola D. Leonis, dictum fuit anathema iis qui ita non crederent. Deinde² Patres concilii Pontificis doctrinam ut B. Petri amplexi sunt; et universa concilia dogmata petierunt Sedis Apostolicae auctoritate firmari. — 2^o ex concilio Lugdunensi oecumenico II habetur: *Ipsa quoque sancta Romana Ecclesia summum... principatum super universam Ecclesiam catholicam obtinet, quem se ab ipso Domino in B. Petro..., cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitude recepisse... recognoscit...; sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent judicio definiri.* — 3^o ex concilio Florentino, ubi³ sic legitur: *Definimus... Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et... successorem esse Beati Petri... totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem ac doctorem existere: et ipsi in B. Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Eccle-*

siam a D. N. Jesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur. Si ergo certum est, Papam esse totius Ecclesiae doctorem; certum quoque tenendum ipsum debere esse infallibilem, ne Ecclesia a suo magistro aliquando decipi possit. — Accedit concilium Viennense, XV generale, sub Clemente V, ubi sic sancitum fuit: dubia fidei declarare, ad Sedem dumtaxat Apostolicam pertinere.

113. - Probatur III^o ex SS. Patribus. — S. Irenaeus⁴⁾ scribit: *Omnes a Romana Ecclesia necesse est ut pendeant, tamquam a fonte et capite.* — S. Athanasius in epistola ad Felicem Papam dicit: *Romanam Ecclesiam semper conservare veram de Deo sententiam.* Et in eadem epistola, ad Pontificem S. Doctor suum sermonem dirigens, sic eum alloquitur: *Tu profanarum haeresum, atque impetratorum omniumque infestantium depositor, ut princeps et doctor, caputque omnium orthodoxae doctrinae et immaculatae fidei existis.* — Theodoretus, episcopus Asianus, in epistola ad Leonem Papam⁴ inquit: *Ego Apostolicae vestrae Sedis expecto sententiam; et supplico et obsecro Vestram Sanctitatem, ut mihi opem ferat, justum vestrum et rectum appellanti iudicium.* — S. Cyprianus⁵ scribit: *Deus unus est, et Christus unus est, et una*

Probatur
ex Patribus.

¹⁾ Opusc. contra error. Graecor., cap. 32, v. f., vers. Quod in eadem potestate. — Concil. Chalcedon., act. 2, (an. 451). — ²⁾ Part. 3, cap. 2, — Concil. Lugdun., Epist. Michael, imperat. ad Gregor. X. — ³⁾ Sess. ult. (xv), Defi-

nitio, v. f. - Concil. Vien., Clement. de SSma Trinitate. — S. Athanas., Epist. ad Felicem papam: De Infestationib. Arianor. — ⁴⁾ Epist. 118, ad Leonem papam. — ⁵⁾ Epist. 40 ad plebem, n. 5.

petram, portae praevalebunt inferorum.. Adversus quem autem portae praevaluerint inferorum, ille neque petra dicendus est, super quam Christus aedificat Ecclesiam, neque Ecclesia, quae super petram aedificatur a Christo.

^{c)} Quin etiam Maldonatus, in *Luc. xxii*, 32, videtur ex hoc textu colligere inerrantiam Romani Pontificis, ut est privata persona: « Recte ex hoc loco, inquit, antiqui gravesque auctores collegerunt, Ecclesiae Romanae et successorum in ea Petri fidem fore perpetuam... Falsa ergo eorum opinio est, qui fidem putant Petrum negando perdidisse. Ore negavit, animo retinuit... Idemque de ejus successoribus, si quis aliquando visus est in fide vacillare, existimandum est: cum omnium

eorum fides, eadem Christi promissione nixa, consistat ».

II3. — ^{a)} Verba ista non sunt S. Irenaei, sed Bellarmini, Irenaeum commentantis. Etenim S. Irenaeus, *Cont. haeres.*, lib. 3, cap. 3, n. 2, scriperat: « Ad hanc enim Ecclesiam, propter potiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea, que est ab apostolis traditio ». In quem textum Bellarminus, *de Rom. Pont.*, lib. 2, cap. 15: Irenaeus, inquit, probat posse nos confundere omnes haereticos ex doctrina Romanae Ecclesiae, quia necesse est ad hanc Ecclesiam omnes convenire, et ab ipsa, tamquam a capite et fonte, pendere ».

Ecclesia, et cathedra una super petram, Domini voce, fundata. Aliud altare constitui aut sacerdotium novum fieri praeter unum altare et unum sacerdotium non potest. Quisquis alibi collegerit, spargit. Et idem Cyprianus: ¹⁾ *Qui cathedralm Petri, super quem fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit?* — S. Hieronymus, in epistola ad Damasum Papam², scribit: *Cum successore Piscatoris... loquor... Super illam petram (scilicet cathedralm Petri), aedificatam ecclesiam scio; quicumque extra hanc dominum agnum comedenter, profanus est; si quis in Noe arca non fuerit, peribit regnante diluvio... Quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.* — S. Basilius³⁾ scribit: *Romanum Pontificem compellandum esse, ut, quid credendum sit, si per concilium definiri non dometur, ipse determinaret.* — S. Augustinus⁴⁾: *Per Papae scriptum causa Pelagianorum finita est.* — S. Thomas⁵⁾: *Magis standum est sententiae Papae, ad quem pertinet determinare de fide..., quam quorumlibet sapientum.* Et⁶⁾: *Postquam autem essent [quae ad fidem pertinent] auctoritate universalis Ecclesiae determinata, si quis tali ordinationi pertinaciter repugnaret, haereticus censeretur. Quae quidem auctoritas principaliter residet in Summo Pontifice.* — S. Bonaventura⁵: *Papa non potest errare, suppositis duobus: primum, quod determinet quatenus Papa...; alterum est, ut... intendat facere dogma fidei et morum id quod determinat.*

114. - Probatur IV^o. Ex ipsa schola Gallicana. — Falso enim nobis objicit

¹⁾ De Unitat. Eccles., n. 4. — ²⁾ Epist. 15, ad Damasum, n. 2. — ³⁾ Quodlib. 9, art. 16, corp. — ⁴⁾ 2^a 2^b, qu. 11, art. 2, ad 3. — ⁵⁾ Id est *Trigonus*, Summa theolog. S. Bonavent., part. 1, qu. 1, art. 3, dub. 3, v. *Quintus locus*. — ⁶⁾ Exercit. 19, in propos. 29 Alexand. VIII, init. — ⁷⁾ *Summa*

Hottingerus haereticus, dicens: *Gallia universa a nobis dissentit.* Quandoquidem asserit Milante⁶, paucos esse Gallos, qui Romani Pontificis infallibilitatem contendunt, respectu ad Gallos nobiliores qui illam propugnant, praesertim Petrus Matthaeus⁷, Spondanus⁸, Boyvinus⁹. — Idem aliquando docuit Gersonius¹⁰, dicens: *Tandem ex his praecedentibus possumus describendo dicere, quod plenitudo potestatis ecclesiasticae est potestas ordinis et jurisdictionis, quae a Christo collata est supernaturaliter Petro, sicut vicario suo et monarchae primo, pro se et suis successoribus legitimis.* Ita scripsit hic doctor in praefato loco. Caeterum, nulli dubitandum quod Gersonius, ut ait Pater Victoria¹¹, *per omnia fuit infestus auctoritati Summorum Pontificum*, et multos alias infecit suo veneno; *parum enim differt a schismate ejus sententia de auctoritate Papae.*

Idem statuere conati sunt episcopi Gallicani antiqui, anno 1626, articulo 137^{a)}, et in concilio generali Lugdunensi II (ubi prae caeteris numerabantur episcopi Galli, qui Graecorum confessionem accepunt: scilicet, quod S. Romana Ecclesia plenum principatum obtineret super universalem Ecclesiam, etc., ut infra referetur). — Et quamvis Universitas Sorbonica (ortum agnoscens a Roberto Sorbon, ex anno 1253, confessario S. Ludovici, erectaque a Carolo rege anno 1290 in Universitatem) contrariae fuerit sententiae; hoc tamen accidit tantum ex tempore concilii Constantiensis opera Gersonii et Almaini, qui, in eadem Universitate adscripti, ad comprimentum trium pontificum schisma, ad

⁸⁾ S. Basilii verba, *Epist. class. 2, epist. 69, n. 1*, haec sunt: « Nobis autem operae pretium esse visum est, ad episcopum Romae scribere, ut res nostras invisat, et consilium dare, ut, cum illinc communi ac synodico decreto aliquos mitti difficile sit, ipse hoc negotium suo marte aggrediatur ».

⁹⁾ Textus S. Augustini genuinus sic se habet: « De hac causa [Pelagianorum] duo

concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam; inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est ». Ita S. Doctor, *Serm. 131, cap. 10*.

II4. — ^{a)} Ita projecto habebatur in Monitis conventus ad archiepiscopos et episcopos regni, n. 137; sed fatendum etiam est declarationem istam, eorumdem paelatorum jussu, ex actis conventus deletam ac suppressam fuisse, si fides adhibenda sit cuidam no-

concilium, tamquam ad judicem superiorum, et in hujusmodi casu necessarium, causam deferendam existimarunt. Novissimi vero Sorbonici, non attendentes quod ipsorum majores de Papa dubio sint locuti, eorum innixi auctoritati, dixerunt judicium Romani Pontificis non esse infallibile, nisi Ecclesiae sive generalis concilii consensus accedat.

Caeterum ante concilium Constantiense et Basileense, advertit Raynaudus, scriptor Gallus¹, omnes theologos anteriores unanimiter docuisse definitiones pontificias, etiam extra concilia, rem facere de fide. Immo habetur apud Mauclerum², quod Facultas Parisiensis anno 1330 damnavit tanquam haereticos, articulos Marsilius Padiuani, dicentis Romanum Pontificem esse fallibilem. Et circa annum 1534 (ut apud eundem Mauclerum) damnavit eundem errorem, contra Joannem Morandum³. — Item Duvallius, doctor Gallicus, qui scripsit circa annum 1612, refert consuetudinem fuisse Facultatis Parisiensis, ut ab ea laureati protestationem nunc quam Ecclesiae Romanae contradicendi praemitterent. Idem auctor refert ipsam Facultatem damnasse ut haereticum Marcum Antonium de Dominis, quia docebat Pontificis auctoritatem esse fallibilem⁴. Ideo, praefatus Duvallius, quamvis ejusdem Sorbonae doctor, non dubitavit sic scribere⁵: *Opinio quae Romae tenetur vacat omni temeritate, cum totus orbis, exceptis pauculis doctoribus eam amplectatur, et praeterea rationibus validissimis cum ex Scriptura, conciliis et Patribus, tum ex principiis theologiae petitis*

¹ Corona aurea Rom. Pontif., verit. 7. — ² De Monarchia, part. 4, lib. 8, cap. 6. — ³ De Suprem. Rom. Pontif. in Eccles. potestate, part. 4, qu. 7, n. 5, 3 et 6. — ⁴ Theol. dogm., tr. 6, art. 6, ex n. 54 (ita S. Alphonsus). — ⁵ Excerpt. 19, in propos. 29 Alexandri VIII, v. med., § Quod cum

confirmetur. Et superius: *Nemo nunc est in Ecclesia, qui ita pro certo sentiat, praeter Vigorium et Richerium; quorum si vera esset sententia, totus fere orbis christianus, qui contrarium sentit, in fide turpiter erraret. Propterea addit, quod opinio de praelatione conciliorum auctoritati Romani Pontificis, a temeritate... inobedientiae vix potest excusari; fovet enim ut plurimum inobedientiam et dissidium multa; magnisque tumultus in Ecclesia semper excitavit.*

Hinc videre est apud Troila⁶ et apud Milante⁷, quot concilia provincialia Gallicana plauerint Pontificis infallibilitati. — Synodus ipsa Parisiensis anno 1626⁸ ecce quid sensit: *Hortamus igitur episcopos omnes, ut sanctam Apostolicam Romanamque Ecclesiam, utpote ex Dei sponsione infallibili, ecclesiarum matrem...* Et infra, loquens de ipso Romano Pontifice: *Is enim successor est Petri, super quem Christus Jesus Ecclesiam fundavit, quando illi claves regni coelorum et dominum infallibilitatis in causis fidei reliquit...*

Valde autem notandum id, quod episcopi Galliarum (ut refert Milante⁹), in obsequium bullae quam Innocentius X emanavit in confixione Jansenianarum thesium, ad ipsum scripserunt; et inter caetera, verba haec: *Hujus doctrinae lucem... pristino decori restituit juxta veterem fidei regulam... prolatum a Sanctitate Vestra, postulantibus quampluribus Galliarum episcopis, decretum. Deinde praefati episcopi bullam venerantes, eam promulgari permisérunt, sicut ad Inno-*

Probatur
rationibus.

tulae ibidem margini insertae. Cfr. Procès verbaux des Assemblées du clergé de France, 26 janvier 1626, in ms. quod Romae asservatur in bibliotheca Casanatensi.

b) Errores quos Mauclerus, *de Monarchia*, part. 4, lib. 8, cap. 6, Marsilio ac Morando tribuit, non quidem Romani Pontificis infallibilitatem, sed ejus primatum inficiantur.

c) Similiter errores, quos ex Marco An-

tonio de Dominis, Facultas Parisiensis damnavit, inficiantur Romanum Pontificem esse caput supremum Ecclesiae; eundemque negant esse peculiari ratione successorem Petri. Inde etiam est, quod textus a S. Alfonso ex Duvallio deprompti, non de infallibilitate Romani Pontificis, sed de ejusdem supra concilium superioritate, tractant.

d) Ut jam supra animadvertis, not. a, declaratio ista ex actis conventus delecta est.

centium rescripserunt: *Beatissime Pater: Optata pervenit ad nos tandem constitutio illa, qua V. Sanctitatis auctoritate, quid sentiendum sit de controversis quinque propositionibus, quae sunt excerptae e Cornelii Jansenii Yprensis episcopi libris, perspicue decernitur... Quo in negotio illud observatione dignum accidit, ut quemadmodum ad episcoporum Africæ relationem, Innocentius I Pelagianam haeresim damnavit olim; sic ad Gallicanorum episcoporum consultationem, haeresim ex adverso Pelagianae oppositam Innocentius X auctoritate sua proscripti. Enim vero vetustae illius aetatis Ecclesia catholica, sola cathedralae Petri communione et auctoritate fulta, quae in decretali epistola Innocentii ad Africanos data elucebat; quamque dein Zosimi altera ad universos orbis episcopos epistola subsecuta est, Pelagianae haeresis damnationi absque cunctatione subscripsit: perspectum enim habebat non solum ex Christi Domini nostri pollicitatione Petro facta, sed etiam ex actis priorum Pontificum et anathematismis adversus Apollinarium et Macedonium, nondum ab ulla synodo oecumenica damnatos, a Damaso paulo antea jactis, judicia pro sancienda regula fidei a summis Pontificibus lata, super episcoporum consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant, sive omittant, prout illis collibuerit), divina aequa ac summa per universam Ecclesiam auctoritate niti: cui christiani omnes ex officio ipsius quoque mentis obsequium praestare teneantur, etc.*

115. — Probatur V^o. Rationibus. Prima ratio est D. Thomae, qui¹ docet pollicitationem infallibilitatis in rebus fidei tantum successoribus Petri esse factam; et ideo dicit Ecclesiam non posse errare, quia Papa errare nequit: *Ecclesia universalis (verba D. Thomae) non potest errare; quia ille, qui in omnibus exauditus est pro sua reverentia, dixit Petro, super cuius confessione Ecclesia fundata est: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* — Secunda ratio est ejusdem S. Doctoris, qui alibi² ait, quod in Ecclesia non posset una fides servari, nisi per ejus caput, Pon-

¹ Suppl., qu. 25, art. 1, arg. *Sed contra.* — ² 2^a 2^o,

tificem, quaestiones fidei definirentur: *Et hujus ratio est, quia una fides debet esse totius Ecclesiae (secundum illud I ad Cor. 1, 10: Idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata): quod servari non potest, nisi quaestio fidei exorta determininetur per eum qui toti Ecclesiae praest.*

Ratio tertia est inveterata Ecclesiae consuetudo. — Hac ratione pro nostra sententia tuenda utitur eruditissimus Melchior Canus, in suo perdocto Opusculo de Locis theologicis, ubi ait³: Si nullus itaque (sic ferme auctor arguit) legum Christi sanior est interpres, quam perpetuus Ecclesiae usus; Ecclesia vero in fidei rebus, non ad Antiochenum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, sed Romanum Pontificem omni tempore recurrerit, ejusque judicia uti irrefragabilia semper tenuerit: cur dubitabimus illum Petro in hac praerogativa dare successorem? Hoc ipso rerum testimonio roboratur; nam Christi de Petro et successoribus vaticinia, in Romana Ecclesia videntur impleta. Cum caeterae Apostolorum ecclesiae, vel ab infidelibus occupatae vel ab haereticis affectae aliquando fuerint: haec una, tot inter hostes, nec ab infidelibus nec ab haereticis valuit expugnari. Hinc quaeri solet, an haereticum sit asserere, posse quandoque Romanam Sedem, quemadmodum et caeteras, a Christi fide deficere? Ei facient satis Hieronymus, perjurum dicens, qui Romanae Sedis fidem non fuerit secutus; Cyprianus, dicens: Qui cathedralam Petri, supra quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia esse non confidat; synodus Constantiensis, haereticum judicans, qui de fidei articulis aliter sentit, quam S. Romana Ecclesia docet. Illud postremo addam, cum ex traditionibus Apostolorum, ad evincendam haeresim, argumentum certum trahatur: constat autem, Romanos episcopos Petro in fidei magisterio successisse, ab Apostolis esse traditum, cur non audebimus assertionem adversam tanquam haereticam condemnare? Sed nolumus Ecclesiae judicium antevertere: illud assero, et fiderem quidem assero, pestem eos Ecclesiae et perniciem afferre, qui negant Romanum Pontificem Petro in fidei

qu. 1, art. 10. — ³ Lib. 6, cap. 7.

doctrinaeque auctoritate succedere, aut certe adstruunt, summum Ecclesiae pastorem, quicumque ille sit, errare in fidei iudicio posse. Utrumque scilicet haeretici faciunt: qui vero illis in utroque repugnant, hi in Ecclesia catholici habentur.

Hucusque Canus. — Cui valde favet id quod D. Cyprianus sedulo advertit¹, dicens: *Neque enim aliunde haereses obortae sunt..., quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur; nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, et ad tempus iudex vice Christi cogitur.* Et ratio hujus gravis sententiae Cypriani est, quia Romanae Sedis decretis illi qui pertinaciter restiterunt, primum (ut bene advertit citatus episcopus Stabiensis) schismatici facti sunt, deinde haeretici.

Ex his omnibus tandem inferunt DD., prout Suarez, Bañez et Bellarminus², nostram sententiam esse saltem fidei proximam; et contraria (dicit Bellarminus³) videtur omnino erronea et haeresi proxima.

Postquam haec scripsi, alia mihi occurserunt multum notatu digna pro Summi Pontificis infallibilitate, quae praesertim adversus relatam Gallicani cleri declarationem urgent. — Dicitur in ea: *Nec tamen irreformabile esse iudicium* (nempe Pontificis), *nisi Ecclesiae consensus accesserit.* Nunc quaerimus, quomodo hujusmodi consensus accedere debet? — Alii dicunt tum pontificias definitiones evadere irreformabiles, cum omnium fidelium consensus accedit. Alii, cum saltem accedit consensus omnium episcoporum. Alii putant unius tantum provinciae consensum satis esse. Alii demum requirunt consensum majoris partis episcoporum in orbe christiano degentium; haec enim opinio conformior est consuetudini, qua oecumenicae synodi usae sunt in dubiis fidei decernendis.

¹ Epistola 12, ad Cornelium papam, num. 5. — ² De Romano Pontifice, lib. 4, cap. 2, in fine. — ³ S. Cypri-

Hoc posito, quaeritur quid dicendum, si pontificio decreto pars aequalis episcoporum accedat, quid tunc de Pontificis iudicio sentiendum; et quid, si minor accedat pars, ut saeculo IV accidit, cum sententiae S. Melchiadis Papae tantum 18 episcopi orthodoxi adhaeserunt, sed contra alii 400 eam rejecerunt; prout refert Haunoldus⁴? In simili casu quis item dirimet, si unus supremus iudex non agnoscat, qui fidei causas definiendi infallibilem potestatem habeat? — Si autem consensus majoris partis episcoporum sufficit, utique Papam esse infallibilem credere omnes tenemur, statim ac aliquid circa fidem aut mores ipse definitive decernit; non solum etenim major pars, sed tota fere Ecclesia, excepta Gallia, id docet et semper docuit. Aut igitur infallibilitatem Pontificis fateri oportet; aut dicere, quod Ecclesia catholica tantum ad exiguum Gallorum numerum redacta sit.

Praeterea certum est, quod si Gallicani cleri admitteretur sententia, ita ut Pontificis iudicium esset fallibile, donec consensus Ecclesiae accederet, modus haereticos de suis erroribus convincendi amplius non suppeteret, etiamsi generalia concilia adhiberentur; haeretici enim iudicio concilii, in quo ipsi non intersunt, nunquam acquiescent, eo quod, deficiente interventu ipsorum, qui saniorem Ecclesiae partem constituere praesumunt, quodcumque concilium irritum esse exclamat. Hinc mos ortum habuit, quod heterodoxi, cum errore suis ad Romanam Sedem viderint denuntiari aut ab ea proscribi, ad damnationem evitandam, statim appellare ad oecumenicum concilium consueverunt. — Quapropter sapienter scripsit S. Cyprianus, cuius verba hic juvat repetere: *Neque enim aliunde haereses obortae sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod sa-*

⁴ nus, Epistola 12, ad Cornelium papam, n. 5, apud Migne, Patrol. lat., tom. 3, col. 802.

¹ 115. ^{a)} — Suarez, *de Fide, disp. 5, sect. 8, n. 4*, profecto affirmat hanc sententiam esse « de fide certam »; Bañez vero, *in 2am 2ae, qu. 1, art. 10, dub. 2, concl. 4*, eam dicit « tamquam apostolicam traditionem esse tenendam ». — Denique, secundum Bellarminus, *de Rom. Pontif., lib. 4, cap. 2, i. f.*, haec sententia « cer-

tissima est et asserenda ». — Nostris vero temporibus, concilium Vaticanum definitivam esse de fide catholica tenendam.

^{b)} S. Alphonsus citat Haunoldum, *Introduct. ad ius canon.*; sed Haunoldus opus, cuius est ejusmodi titulus, minime scripsit, quidquid investigare potuerim.

cerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia... ad tempus iudex vice Christi cogitur; cui, si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo... Ecclesiam scinderet. Proinde sribit Pater Petridier, abbas Senonensis¹, quod si haec S. Cypriani regula servata fuisset, facile Jansenianorum ora paeclusa fuissent in tam longa bullae *Unigenitus* disceptatione; at, quia ipsi relatae Gallicani cleri declarationi sunt innixi, qua infallibilitas Pontificis, antequam Ecclesiae accedat consensus, negatur; ideo usque adhuc de acceptatione bullae certant, et lis in Gallia adhuc vivit et viget.

Fautores Declarationis opponunt, quod Ecclesia est corpus Christi mysticum; unde dicunt quod, sicut corpus nequit subsistere sine capite, ita caput nequit subsistere sine corpore. — Sed huic facile respondeatur. Nulli dubium est, quod nec corpus potest esse sine capite, nec caput sine corpore; sed nihil obest hoc in casu nostro, ubi non de corporis constitutione sive integritate, sed tantum de corporis Ecclesiae regimine agitur. Constitutio quidem corporis importat, ut ipsum non sit sine capite, et caput non sit sine corpore; corporis autem Ecclesiae regimen importat ut, sicut corpus humanum a mente hominis gubernatur, sic corpus Ecclesiae gubernetur a Papa tamquam ab ejus capite. Officium igitur capit, id est Pontificis, est docere et regere Ecclesiam; officium corporis, id est Ecclesiae, est instrui et obedire Pontifici.

Id quippe concilium Florentinum diserte nos docuit, appellando Pontificem *caput totius Ecclesiae, omnium Christianorum patrem et doctorem*; ac proinde subjungens: *Et ipsi regendi Ecclesiam plena potestas tradita est*^{c)}. Idque sane eruitur ex verbis Christi Domini (Matth.

¹ Tract. theol. de auctor. et infallibilitate summar. Pontif. — ² S. August., in Psalm. cviii, n. 1; et serm. 295,

xvi, 18), cum dixit Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* Et alias (Luc. xxii, 32): *Et tu atiquando conversus confirma fratres tuos.*

— Quod autem Dominus Petro dixit, profecto omnibus etiam ejus successoribus dixit. Namque, ut observat S. Augustinus, potestas pastoris universalis non fuit Petro propter ipsum collata, sed propter Ecclesiam ab ipso regendam; et ideo potestas in Ecclesiam ita Petro conferri debuit, ut ad omnes Pontifices successores pertransiret, et Ecclesia usque ad consummationem saeculi permanura recte regeretur, unitasque ejus usque ad finem conservaretur. Si decreta Pontificum non essent infallibilia, nisi consensus Ecclesiae accederet, utique dicendum foret, quod non Ecclesia fundata sit super Petrum, sed quod Petrus fundatus sit super Ecclesiam. Et sic pariter dicendum, quod non fratres confirmandi fuissent a Petro, sed Petrus confirmandus a fratribus.

Caeterum doctrinam nostram, quod decreta dogmatica Pontificis sint infallibilia, testatur Bellarminus² fuisse antiquam fere omnium catholicorum, theologorum et Patrum. Canus³ refert pro ea testimonia Irenaei, Cypriani, Ambrosii, Cyriilli, Hieronymi et Bernardi. — Habetur praesertim inter alias auctoritas S. Thomasae, qui ut certam doctrinam hanc tradit, dicens⁴: *Ad illius (id est Pontificis) ergo auctoritatem pertinet editio symboli, ad cuius auctoritatem pertinet finaliter determinare ea quae sunt fidei, ut ab omnibus inconcussa fide teneantur...* Et hujus ratio est, *quia una fides debet esse totius Ecclesiae (secundum illud I. Cor. I, 10): Id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: quod servari non potest, nisi quaestio fidei exorta determinetur per eum qui toti Ecclesiae praest.* — Eamdem ratio-

cap. 2. — ² De Roman. Pontif., lib. 4, cap. 2. — ³ De Loci theolog., lib. 6, cap. 5. — ⁴ 2^a 2^a, qu. 1, art. 10.

^{c)} Haec desumpta sunt ex definitione concilii Florentini *Laetentur coeli*, pridie non. Julii 1439 data, cui subscripserunt tum Eugenius IV tum ceteri Patres concilii, et haec sunt verba definitionis, i.e.: «Diffinimus... ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati

Petri, principis Apostolorum, et verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum patrem et doctorem existere; et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam, a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse».

nem olim protulit Joannes de Parisii¹ pro infallibilitate Pontificis, antequam in eam infestus esse inciperet; en eius verba: *Dividetur Ecclesia..., nisi per unius sententiam Ecclesiae unitas servaretur: hic autem principatum ejusmodi habens, est Petrus, successorque ejus.*

Id etiam plurimi Pontifices expresse declaraverunt. — Anacletus² sic scripsit: *Majores causae... ad Sedem Apostolicam... referantur..., super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad B. Principem Apostolorum Petrum: Tu es (inquit) Petrus, et super hanc petram, etc.* Id confirmat idem Pontifex³, atque explicat, quid intelligatur nomine *Sedis Apostolicae*, dicens: *Haec... sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia... ab ipso Domino... primatum obtinuit et eminentiam potestatis super universas ecclesias.* — Id expressius declaravit Nicolaus II⁴: *Fidem quippe violat, qui adversus illam (scilicet Ecclesiam Romanam) agit, quae mater est fidei.* Ibique haereticum dicendum esse praescribit, qui Romanae Ecclesiae privilegium negaret Petro concessum, nempe, ut ei, terreni simul et coelestis imperii jura a Christo Domino commissa fuerint. Hancque Nicolai sententiam confirmavit⁵ synodus VIII adversus Photium et Michaeliem, qui hujusmodi privilegium Romanae Sedis infirmare conati fuerant.

Idem scripsit Innocentius III⁶, ubi loquens de primatu Romanae Ecclesiae, et memorans de verbis illis: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; sic deinde subdit: Ex hoc innuens manifeste, quod successores ipsius a fide catholica nullo unquam tempore deviarent, sed revocarent magis alios..., per hoc sic ei confirmandi*

alios potestatem indulgens, ut aliis necessitatem imponeret obsequendi. Idem scripsit Gregorius VII⁷, inquiens: *Romana Ecclesia nunquam erravit... Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanae Ecclesiae.* — Idemque senserunt plures alii Pontifices, Evaristus, Alexander I, Sixtus I, Pius I, Victor, Zephyrinus, Marcellus, Euzebius et alii, quos refert Canus⁸.

Eamdem sententiam de infallibilitate pontificiarum definitionum, praeter concilia Chalcedonense, Lugdunense et Florentinum, n. 112 supra, relata, confirmavit synodus VIII, ubi, loquendo de auctoritate Sedis Romanae, sic Patres fassi sunt: *In qua est integra et vera christiana religionis soliditas; promittentes etiam... non consentientes Sedi Apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria.* Idem habetur in concilio oecumenico Viennensi⁹, ubi dictum fuit: *Dubia fidei declarare, ad Sedem Apostolicam dumtaxat pertinere.* — Alia plura clarissima testimonia referuntur a Cano¹⁰, quibus Romanae Ecclesiae comprobatur auctoritas.

Scribit Pater Petitdidier¹¹, historiis satis compertum haberi, quod nullus vel fere nullus haereticus conciliorum judicio unquam acquievit; contra vero, plures eorum judicio Pontificis acquieverunt, cum ipse illis praesto occurrerit. — De caetero, primis Ecclesiae saeculis, plures errorum contra fidem satores, semper ac a Romanis Pontificibus damnati fuerunt, statim ut haeretici, nullo exspectato Ecclesiae consensu, ab omnibus habiti sunt. Sic accidit anno 150, cum Valentinus damnatus fuit ab Hygino: anno 215, Montanistae a Zephyrino: anno 300, Jovianus a Siricio:

Damnati a Papa habentur ut haeretici.

Objectio-nes.

anno 416, Pelagius ab Innocentio I. — Unde ipsimet Galliae episcopi, in litteris ad Innocentium X missis, postquam Pontifex ille Jansenianas propositiones proscripsit, ita scripsere: *Non solum ex Christi pollicitatione Petro facta, sed ex actis priorum Pontificum, iudicia prosancienda regula fidei a Summis Pontificibus lata super episcoporum consultatione, divinae aequae ac summa per universam Ecclesiam auctoritate niti, cui christiani omnes ex officio ipsius quoque mentis obsequium praestare teneantur.* Definitionibus ergo Pontificis, priusquam fidelium accedit consensus, ipsi obsequium ex officio praestare tenentur.

Ita igitur firme tenuerunt omnes antiqui; sed eadem, scribit Bellarminus¹², est hodie sententia cunctarum nationum. Eamdemque ubique receptam esse, sola Gallia excepta, scribit Benedictus XIV¹³, ut refert Billuart¹⁴. — Quamvis autem (ait Pater Petitdidier¹⁵) ob caliginem offusam ex dictis a Gersonio et cardinali de Alliaco, quaedam Universitates Germaniae et Poloniae aliud senserint, postea tamen omnes in infallibilitatem pontificiarum definitionum consenserunt; ita ut hodie nulla Universitas, nullusque theologus extra Galliam reperiatur, qui infallibilitatem Papae, ejusque supra concilia auctoritatem non tueatur. Imo Augustinus Triumphus, Academiae Parisiensis doctor¹⁶, non obstante Gersonii auctoritate¹⁷, asserere non dubitavit haeresim esse, Pontifici aliquid de fide decernenti non adhaerere.

116. - Objiciunt adversarii, plures Pontifices in fidei iudiciis errasse. — Sed facili negotio nos ab hac oppositione possumus expedire, generaliter respondendo

¹ De Rom. Pontif., lib. 4, cap. 2. — ² Epist. ad suprem. Hispan. Inquisit., die 31 Jul. 1748. — ³ In 2nd 2nd, diss. 4, art. 5.

⁴ Altera sententia. — ⁵ Op. cit., cap. 15, § 5. — ⁶ De Potest. eccles., qu. 10, art. 8, c. — ⁷ Canus, Op. cit., lib. 6, cap. 8.

⁸ Rectius dicetur Gersonius a sententia Augusti Triumphi defecisse; nam B. Triumphus obiit anno 1328; dum Gersonius natus est anno 1363.

⁹ Bellarminus, de Rom. Pontif., lib. 4, cap. 8 et seqq., sic revera de quibusdam Pontificibus respondet, dicens eos, ut privatos doctores errasse, vel exposuisse quid ipsi senserint, non vero definiti; et negat eos in fidei materia errasse. De plerisque vero sic

cum Cano et Bellarmino¹⁸, quod ii Pontifices qui errasse adducuntur, non ut universales Ecclesiae doctores, sed tantum private locuti fuerint, ut ex historiis patere demonstrant. Sed ne ex aliquibus gestis, quae passim et jactanter, sed nimis discrepta ab adversariis adducuntur, quis forte decipiatur, nobis ad singula libet respondere.

Objiciunt I⁹ quod Liberius Papa Arianae haeresi non dubitaverit subscribere.

In hoc autem sciendum, quod, cum Liberius primum ad Mediolanense concilium subscibendum reluctaret, in exsilium a Constantio Imperatore fuit expulsus; ac in ejus locum ab Ariani suffectus fuit Felix II. Inde Ariani in conventu Sirmensi novam fidei formulam prodiderunt, in qua dolose dixerunt Filium Patri similem in substantia. Huic Liberius, taedio exsiliis victus, imprudenter subscrispsit: ob quam rem ab exsilio revocatus, Roman devenit, sed a Romanis ob hujusmodi flagitium aversis rejectus fuit, et in ejus locum Felix vocatus; qui postmodum, ob suam constantiam in abjicienda Arianorum formula damnatus, capite plexus est. At Liberius, Felice defuncto, cum resipisset, eamdemque formulam damnasset, denuo Pontifex est acclamatus. — Liberii itaque privatus lapsus, cum ipse non ex cathedra docuerit, nostram non infirmat sententiam.

117. - Objiciunt II¹⁰ Vigilium Papam, Vigilius. in epistola ad Theodoram Imperatricem, anathema dixisse iis, qui duas in Christo naturas confiterentur: quo videtur ipse Pontifex haeresi Eutychetis adhaessisse.

Sed hic notandum, ut refert Baro-

¹ Tract. de Potest. regia et papali, cap. 3. — ² Epist. 1, de oppress. episcopor. (Habetur in collect. Decretal. Isidori Mercator.) — ³ Epist. 3, de Patriarch., etc., § De ordine episcopor. vel primat. Cfr. Can. *Sacrosancta 2*, dist. 22. — ⁴ Can. *Omnes 1*, dist. 22. — ⁵ Lib. 2, epist. 209, ad Patriarch. Constantinop. Cfr. Baluze, Prima Collect. Decretal. Inno-

cent. III, tit. 3. - S. Gregor. VII, Dictatus Papae, can. 22, 26. — ⁶ De loc. theolog., lib. 6, cap. 4. - *Concil. gener. VIII (Constantinop. IV)*, anno 869 sub Adriano II, Actio 1, § *Prima salus*, v. f. — ⁷ Clem. *Fidei* un., de Summa Trinitate. — ⁸ De Loc. theolog., lib. 6, cap. 6. — ⁹ Tractat. theolog. de Auctor. et infallib. Summor. Pontif., cap. 14, v. f.

celebratum), ad Hildebrandum cardinalem scripsit, et in qua res a se ibi gestas narrat. Vide Mansi, Suppl. Concilior., tom. 1, ad an. 1059.

¹⁰ Pagius tamen in suis notis ad Baronium, an. 1077, not. 8, post alios probat *Dictatum esse suppositum*.

respondet, ut eos calumnia impeditos fuisse asserat, vel actu tantum exteriori peccasse, quin tamen animo errorem tenuerint. Notandum praeterea est Bellarminum, *ibid.*, cap. 6, haec de Romano Pontifice docere: « Probabile est (ita ille) pieque credi potest Summum Pontificem, non solum ut Pontificem errare non posse; sed etiam ut particularem personam, haereticum esse non posse, falsum aliquid contra fidem pertinaciter credendo ».

nus¹, quod hunc errorem Vigilius profesus est tempore quo, expulso Imperatricis ope, Silverio legitimo Pontifice, ipse Papa, potius antipapa, fuit creatus. Sed postmodum, cum idem, mortuo Silverio, legitimate Sedem pontificiam est adeptus, nullimode errorem protulit unquam aut simulavit.

^{118.} - Objiciunt III^o in eundem Vigilius, quod approbasset tria Capitula, quae postea damnavit concilium Constantinopolitanum generale, jam ab ipso Vigilio inde confirmatum. — Sciendum hic, quod Justinianus Imperator, opera Theodori Caesariensis, edictum prodiit, in quo tria Capitula continebantur, scilicet damnatio memoriae et scriptorum Theodori Mopsuesteni, Ibae episcopi Edessae et Theodoreti episcopi Cyri, in quibus errores Nestorii excusabantur. At, quia in concilio Chalcedonensi praefatorum auctorum laudabilis mentio facta fuit, plures episcopi dictum illud reprobarunt. Deinde Constantinopoli consensu Pontificis concilio convocato, juxta Caesaris edictum, tria illa Capitula fuerunt confirmata; et Vigilius ad suasionem Imperatoris edicto clam subscrispsit. Sed, ut hoc propalatum fuit, magna in Ecclesia scissio orta est. Qua de re Vigilius decrevit ut effectus edicti suspenderetur, et res ad generale concilium revocaretur. Deinde idem Vigilius in quodam suo rescripto, *Constituto* Vigili vocato, damnavit quidem scripta Theodoreti et Ibae, sed personas a censuris immunes reliquit. — Verum est, non negamus, quod postea, anno sequenti, Imperator a Vigilio revocationem *Constituti*, et concilii Constantinopolitani confirmationem obtinuit; sed ex hac revocatione quid aliud inferre possunt adversarii, nisi ad summum id quod dicit S. Grego-

¹ Ad annum 538, n. 16 et seqq.; et ad an. 540, n. 16 et seqq. (addens ad an. 538, n. 19, negari posse epistolam hanc Vigili esse). — ² Pelagi II Epist. et Decreta, epist. 5, n. 8. — ³ Mainbourg, Histoire de l'établiss. et des prérogat. de l'église de Rome, chap. 12. — Juenin, Institut., Prolegom.,

rius²: *Non enim mutatio sententiae, sed inconstans sensus in culpa est?* Si quis autem dixerit, quod Vigilius in suo *Constituto* in fide erravit, pariter dicere debet, quod erravit et synodus Chalcedonensis, quae idem declaravit ac Vigilius in suo *Constituto*.

Caeterum constat rem hanc non ad fidem pertinuisse; quod enim Theodorus et Iba non solum male, sed etiam mala fide scripsissent, et ideo non tantum scripta, sed etiam personae fuissent damnatae, meri facti res erat. — Hinc, ne dicantur concilia inter se discrepasse, dicendum, quod in Chalcedonensi fuit pertractatum de personis, in Constantinopolitanio autem de scriptis. Hinc S. Gregorius monuit: *Scire vos volo, quod in ea, (scilicet in synodo Chalcedonensi) de personis tantum, non autem de fide aliquid gestum est*³.

^{119.} - Objiciunt IV^o Maimburgus et ^{Honorius.} Jueninus, in VI et VII synodo Honorium Papam, ob epistolas ad Sergium, Monothelitarum principem, damnatum ut haereticum fuisse: in Actione enim 13 VI synodi sic legitur: *Simulque anathematiszari praevidimus et Honorium, qui fuerat Papa antiquae Romae, eo quod inventimus per scripta, quae ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus mentem secutus est, et impia dogmata confirmavit.* Ac proinde concilium Romanum II sic de eo declaravit: *Licet... Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est quia fuerat super haeresi accusatus.* Hocque asseritur confirmatum a S. Leone Papa, in epistola ad Constantimum Imperatorem, in qua legitur Leo inter haereticos enumerasse etiam Honorium.

diss. 4, qu. 3, cap. 2, art. 6, § 2. - *Concil. Rom.*, Allocutio 3 Adrian. II, lecta per Petrum diaconum in concil. Constantinopolitano IV (general. viii). - *S. Leo II.*, Relat. missa ad Constantimum Pogonat, post concilium generale vi.

^{118.} - ^{a)} Distinctio quam S. Alphonsus huc introducit inter Chalcedonense et Constantinopolitanum concilium testimonio S. Gregorii inniti non potest; Gregorius enim in textu relato de Constantinopolitano concilio loquitur: « De illa tamen, inquit, *Epistolar. lib. 4, epist. 39, p. m.*, synodo, quae in Constanti-

nopolis postmodum facta est, quae a multis quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quatuor sanctissimas synodos constituerit vel senserit, quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, et de his personis de quibus in Chalcedonensi concilio nihil continetur ».

Resp. 1^o. Non desunt plures scriptores, qui asserunt epistolas enunciatas a Graecis fuisse suppositas; et Roncaglia¹ dicit, peritiores criticos asserere, quod Acta praefatae synodi ad nos adulterata per venerunt. Nec adulteratio haec gratis asseritur; sed eam ut certam testatur S. Gregorius². Et videtur clare etiam probari ex eadem synodo, in qua alibi tantum damnati leguntur ii, qui in epistola Agathonis Papae ad Imperatorem nominati fuerunt; et in ea epistola nulla mentio de Honorio facta fuit; imo fuit pronuntiatum, Romanam cathedram nunquam defecisse, et nunquam deficere posse. Et hoc sane creditur Agatho pronunciasse, ad omnem evelendam erroris suspicionem adversus Honorium, cuius innocentia ante diu discussa, et enixe a S. Maximo propugnata fuerat, et patefacta judicio Joannis Papae, antecessoris Agathonis. — Pariter acta VII synodi corrupta fuisse testatur Anastasius Bibliothecarius³. — Ad concilium autem Romanum respondet, id Patres concilii asseruisse, ducti ex falsis corruptisque actis praeditae VI synodi, ut supra ostensum est. — Pariter epistolam S. Leonis suppositam fuisse a Graecis, late multisque validis argumentis probat Baronius⁴.

Sed adhuc admissis pro veris, tum actis praefatarum synodorum, tum epistola Leonis:

Resp. 2^o. Quod epistolae Honorii bene possunt explicari in sensu catholicō, ut tenent Frassen et Tournely; ac id affirman viri dignissimi, ut S. Maximus, qui in disputatione contra Pyrrhum, eodem

¹ Animadvers. ad Natal. Alexand., in Epistol. Honorii, § unic. — ² Sancta synod. vii general., praefat. — ³ Ad an. 688, n. 18 et seqq. - Frassen, Scot. academic., de Incarnatione, tr. 1, disp. 2, art. 1, sect. 2, qu. 3, § 2. - Tournely, Praelect. theolog., de Eccles., qu. 3, artic. 4, concl. 3, vers. *Utrum Honorius. - S. Maxim.*, Ap. Margarin. de la Bigne, Biblioth. max. Patrum, tom. 12, pag. 496, et ap. Severini, Binium, Concil. gener. et provinc., tom. 4, pag. 623. Cfr. etiam Labbe, in not. ad action. 13 concil. gener. vi. (Constantinop. iii). - Joan. IV, Inter Epistol.

ap. Migne Patrolog. lat., tom. 80, col. 602 et seqq. et inter Collectanea Anastasii Bibliothecarii, ap. Migne Patrolog. lat., tom. 129, col. 561 et seqq. — ⁴ Scot. academ., tom. 7, de Incarnatione, tr. 1, disp. 2, art. 1, sect. 2, qu. 3, § 2. Cfr. Migne Patrolog. lat., tom. 80, col. 475 et seqq. Epist. 5 Honorii 2^a ad Sergium; cfr. etiam Labbe, concil. gen. vi, act. 13, i. f. - *Honorius*, Epistola 1^a ad Sergium. Cfr. Migne Patrolog. lat., tom. 80, col. 472. Epistola 4 Honorii; cfr. etiam Labbe, concilium generale vi (Constantinopolitanum iii), act. 12.

^{119.} - ^{a)} S. Gregorius in suis *Epist. lib. 6, indict. 14, epist. 14*, ejusmodi adulterationem non de Constantinopolitano, sed de Chalcedonensi concilio testatur.

^{b)} Hic Honorii secretarius, uti habetur in disputatione S. Maximi contra Pyrrhum, idem

est qui et apologiam pro Honorio ad Constantimum Imperatorem, nomine Joannis IV postea scripsit. Quod autem S. Alphonsus viro illi Anastasii nomen imposuit, inde videtur accidisse, quod Joannis IV apologia inter Anastasii Bibliothecarii collectanea reperitur.

gnantes voluntates, alteram carnis, alteram spiritus, sed unam spiritus tantum; in Christo enim caro non concupiscebatur adversus spiritum: *Quia profecto (en sua verba) a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa... Nam lex alia in membris, aut voluntas diversa non fuit vel contraria Salvatori, quia super legem natus est humanae conditionis.* Hinc praedictus Joannes scripsit: *Secundum hunc igitur modum jam dictus decessor noster... scripsisse dignoscitur, quia in Salvatore nostro duae voluntates contrariae, id est in membris ipsius, penitus non consistunt, quoniam nihil virtutis traxit ex praevaricatione primi hominis.* Ita apud Natalem¹, qui non dubitavit id confirmare, dicens quod Honorius in suis epistolis locutus est... *mente catholica... si quidem absolute duas voluntates Christi non negavit, sed voluntates pugnantes.*

Resp. 3º. Dato etiam quod Honorius vere errasset, ait Natalis, dicendum a fidei tramite illum non deviasse; sed non virtute, qua debuit, Monothelitis repugnasse. Et quamvis Natalis credat VI synodus vere Honorium damnasse; dicit tamen non damnasse ut haereticum sententia et pertinacia, sed ut fautorem haereticorum, ob patrocinium ipsis impensum. Pro cuius probatione, afferit epistolam Leonis II ad Constantimum Pogonatum pro confirmatione synodi, ubi Leo scripsit: *Anathematizamus novi erroris inventores, id est Theodorum..., Cyrum..., Sergium, Pyrrhum... necnon et Honorium, qui... profana proditione immaculatam fidem subvertere conatus est.* Et quamvis in canone VI synodi asseratur Honorius mentem Sergii in omnibus secutus, et impia dogmata confirmasse; hoc intelligendum, ait Natalis, non consentiendo, sed connivendo, seu silentium indicendo: haereticos enim dicit in eamdem impietatem tendisse, sed ipsos

*Joan. IV, loc. cit. - 1 Hist. eccles., saec. vii, diss. 2, prop. 3, i. f., post object. - Nat. Alex., loc. cit., ante object. - Leo II, Ap. Natal. Alex., loc. cit., vers. Respondeo. Cfr. Labbe, Relat. miss. ad Constant. Pogonat., post concil. gen. vi. - Nat. Alex., loc. cit., vers. *Honorii porro.* Cfr.*

pravi dogmatis assertione, Honorium catholicus dogmatis dissimulatione. Hinc infert quod, licet Honorius haereticus non fuerit, merito tamen damnatus fuit ob negligentiam in damnanda Monothelitarum haeresi. — Sic etiam sentit auctor anonymous in libro, cui titulus: *Gallia vindicata*², respondens Ludovico Maimburgo: *Quis enim nescit, epistolas Honorii... privatas fuisse, non publicas nec dogmaticas, et in quibus nihil Honorius definit, sed mentem tantum suam privatamque sententiam aperuit?* Concedit enim errare posse Pontifices ut homines, scriptis privatis respondendo, non autem ut magistros Ecclesiae, fideles docendo: *Cum... hoc privilegium (addit) infallibilitatis in publicum Ecclesiae bonum vergat, noluit Deus illud persona, sed officio adnecti; et tunc solum praesto esse, cum pontificali officio fungetur.*

120. — Objicitur Vº quod S. Cyprianus fortiter restitit decreto Stephani Papae, et ad futurum concilium appellavit.

Sed respondeatur 1º. Quod S. Martyr nunquam hoc dogma putavit spectare ad fidem, sed tantum ad disciplinam; dum ipsem scripsit ad Jubaianum³, in hac controversia quemlibet episcopum se gerere posse juxta suum arbitrium. Stephanus enim nunquam declaravit hoc esse de fide, sed tantum ad ipsum Cyprianum scripsit: *Si quis ergo a quacumque haeresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est.* Et quia Cyprianus putabat vetustam traditionem esse, ut baptizati ab haereticis iterum rebaptizarentur: ideo concilium generale expetivit, ut ex testimonio tot episcoporum praxis ecclesiarum, hujusque rei veritas innotesceret.

2º. Praeterea, esto Cyprianus prius restiterit, tandem decreto se subjecit; ut testantur quamplurimi auctores, Cabassutius⁴, Baronius, Thomassinus⁵, Ludo-

Labbe, concil. gen. vi, act. 6. — ⁴ Auctore Card. Sforzato, diss. 8, § 1, n. 9. — ⁵ Epist. 73, ad Jubaian., n. 26. — Stephan., Epist. Cyprian. ad Pompeium. Cfr. S. Steph. decr. sentent. sub n. ap. Migne, Patrol. lat., tom. 8, col. 1010. — Baron., Annal., ad ann. 258, n. 51.

120. — ^{a)} Cabassutius et Thomassinus, a Milante allegati uti refert S. Alphonsus, non ita perspicue loquuntur de ipso S. Cypriano; et

primo quidem Cabassutius, *Notitia eccles. concilior. III saec., disp. quoad Baptism. haereticor., n. 1*, scribit: «Ab ista culpa mox re-

vicus Bail; et alii apud Milante; et hoc absolute ex majorum testimonii testatus est S. Hieronymus^{b)}.

Sed nolo hic multus esse, cum altius haec prima conclusio confirmabitur ex dividendis mox in secunda, ad quam nunc veniamus.

§ II. - De Auctoritate Pontificis supra Concilium.

Quotuplici sensu accipiatur.

121. — Praenotandum Iº. Hoc quod Papa sit supra concilium, non intelligendum de Papa dubio tempore schismatis, cum probabiliter dubitetur de legitima ejus electione: quia tunc quisque debet concilio subesse, sicut definit concilium Constantiense¹. Tunc enim generale concilium supremam potestatem immediate habet a Christo, sicut in tempore sedis vacantis, ut bene advertit S. Antoninus².

Praenotandum IIº. Idem valere respectu Pontificis haereticici manifesti et externi, non autem occulti aut mentalis. Quamvis alii rectius dicant, tunc nequaquam Papam a concilio, tamquam a suo superiore, auctoritate privari posse; sed immediate exscoliari a Christo, supposita conditione depositionis, prout ad id requisita.

Praenotandum IIIº. Quod concilium generale respectu Papae potest multipliciter intelligi. — Primo, cum concilium sine Papa consideratur: et tunc nullam concilium auctoritatem habet, nisi in casibus praeditis schismatis et haeresis; quia concilium est episcoporum congregatio, sub Papa uti capite constituta. — Secundo, quando in concilio praesidet Papa, ut caput a corpore (nempe ab episcoporum

Ludov. Bail, Sum. concilior. prov., saec. iii. Judicium Steph. PP. de concil. Carthag. iii. - Milante, Exercit. 19, in prop. 29 Alex. VIII, v. f. — ¹ Sess. 4. — ² Part. 3, tit. 23, cap. 2, § 6. - Victor., Relect. 4, de Potestate Papae et concilii, propos. 5. - Almain., de Auctorit. eccles. et concilior. gen., cap. 7. - Petr. de Alliaco, de Eccles. auctoritate, part. 3, cap. 4, vers. Secundo ad praedictam. - Fagnan., in cap. Significasti, de elect., n. 56 et 57.

sipuisse Africanos Patres prodit Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos». At n. 2, addit: «Augustinus... dubitat, num Cyprianus suam tandem de baptismō haereticorum mutaverit sententiam». — Thomassinus vero, in *Concil. diss. 2, n. 14*, scribit: «Cypriani... collegas aliquando tandem sui poenituisse conatus, et ad antiquam Stephani majorumque ipsorum suorum consuetudinem revolutos fuisse». De ipso S. Cypriano nihil dicit.

^{b)} S. Hieronymi verba non adeo clara sunt,

coetu) non divisum; vel quando concilium confirmatur a Papa; tunc nequit concilium intelligi esse supra Papam; nam alias, concilium nulla indigeret Papae auctoritate, vel alias Papa auctorizaret contra seipsum: quod nequit subsistere. — Tertio, cum concilium est congregatum a Papa, et Papa consideratur ut caput; et episcopi, ut corpus a capite divisum. In hoc sensu queritur an Papa sit supra concilium, vel e converso.

122. — Circa hoc quae situm, *prima haereticorum sententia* est, quod concilium sit supra Papam; ut Calvinus et alii. — Huic autem sententiae adhaeserunt episcopi conciliabuli Basileensis cum Joanne Antiocheno; et tempore schismatis, Johannes Gersonius, de quo ait Victoria: *Ille doctor per omnia fuit infestus auctoritati Summorum Pontificum, et multis alias infecit suo veneno.* Et sic etiam tenuere Almainus, Alliacensis et alii pauci illius temporis; quorum sententiam Fagnanus ait pro nihilo esse habendam, eo quod ex ambitione ortum habuit in concilio Basileensi, dum de eis fuit benemeritus Felix V antipapa, postquam Eugenium IV deposuerunt. Clerus autem Gallicanus declaravit, ut supra relatum est, decretum concilii Constantiensis de auctoritate synodi supra Papam, etiam extra schismatis tempus extendendum. — Differt tamen haec a sententia haereticorum, qui dicunt Papam non esse totius Ecclesiae caput, sed tantum Romanae; catholici vero dicunt Papam esse caput totius Ecclesiae, non autem in concilio congregatae et collective, sed divisive singularum ecclesiarum, ut se

Haereticorum sententia.

quin dubium aliquod relinquant: «Conatus est B. Cyprianus (ita ille in suo *Dialogo advers. Luciferian.*, n. 23) contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena; et idcirco haereticorum baptismā reprobans, ad Stephanum, tunc Romanae urbis episcopum..., super hac re Africanam synodum direxit; sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi episcopi, qui rebaptizandos haereticos cum eo [Cypriano] statuerant, ad antiquam consuetudinem revolutos fuisse». De ipso S. Cypriano nihil dicit.

Alia sententia.

habet Generalis respectu ad monasteria religionis.

Adest secunda sententia Glossae^{a)}, dictis quod Papa sit supra concilium; tamen, ubi ipse sponte se subjicit concilio, concilii sententiae teneatur parere. Hoc vero recte reprobant S. Antoninus^{b)}, Cajetanus, Bellarminus, etc.; quia, cum auctoritas pontificalis sit de jure divino, non potest Papa ei renuntiare, ut declaravit Bonifacius VIII^{c)}, dicens: *Suprema [potestas] a solo Deo, non ab homine, poterit judicari.* — Secus vero esset, si ageretur tantum de judicio discretivo (non autem coactivo), ut aliqui Papae fecerunt, dum accusati, causas suas in concilio discuti voluerunt.

Tertia tamen sententia, cui subscribimus, tenet: Papam non dubium semper esse supra concilium generale, sive supra omnes ecclesias, etiam collective sumptas. Et hanc tuentur S. Thomas, S. Bonaventura, Alexander de Ales, S. Joannes a Capistrano, Bernardinus de Bustis, B. Augustinus Triumphus, Baronius, Bellarminus, Sfondratus, Pallavicinus, Emmanuel Schelstrate, Lopus, Cabassutius, Cajetanus, Gotti, et alii nostri^{c)} auctores communiter. — Vide apud Milante^{d)}.

123. — Probatur I^o. Ex Scripturis. — Et 1^o ex Luca, xxii, 31, 32: *Simon, Simon, ecce Satanus expeditivit vos ut cribraret sic ut triticum: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirmas fratres tuos.* Observa,

Cajetan., de comparat. auctoritat. Papae et concil., cap. 27, ad 8; et Apologia hujus Tract., part. 1, cap. 6. — Bellarmin., loc. cit., cap. 17. — Sfondrat., Regal. sacerdot., lib. 2, propos. et § 4 et seqq.; Gallia vindicat., dissert. 3, passim. — Nic. Pallavic., Difesa del Pontif. rom., tom. 1, lib. 4, cap. 13 et 14. — Scheistr., de Sensu et auctorit. decretor. Constant. concil., praef. ad lectorem; et diss. 2, cap. 1, art. 2; diss. 3, cap. 2 et 4. — Lopus, de Appellationib., cap. 19, passim; et cap. 30, v. f. — Cabassut., Notitia ecclesiast., XV saec. histor. synops., num. 21. — Cajetan., Opusc. de auctorit. Papae et concil., cap. 6 et 7. — Gotti, Theolog. dogmat., tr. 1, qu. 8, dub. 5, § 2, n. 9. — Exercit. 19, in propos. 29 Alexand. VIII, vers. *Et ex hinc, et vers. Diserte adversus.* — S. Agatho, Conc. gener. vi, act. 4.

122. — a) Glossa, in can. *Nobis si incompetenter, caus. 2, qu. 7*, in v. *Aliena*, dicit tantum: « Hic papa se subjicit aliorum judicio, quod facere potest...; non tamen eum possunt deponere... quia et se ipsum potest deponere ».

b) S. Antoninus non satis accurate citatur a Bellarmino; ipse enim, part. 2, tit. 3, cap. 11,

quod Christus Dominus pro solo Petro rogavit, qui solus fratres confirmare debat. Ergo, si fides Petri deficere potuisse, fratres non valuerint confirmari a Petro. — Falsum est nonnullorum Parisiensium commentum, qui hoc loco putant Christum orasse pro Ecclesia universalis, sive pro Petro, ut totius Ecclesiae figuram gerente. Dominus enim designavit unam tantum personam: *Simon, Simon.* Et cum coepisset loqui in plurali: *Satanas expeditivit vos, ut cribraret;* deinde mutavit loquendi formam: *Ego autem rogavi pro te.* Certe, si de tota Ecclesia locutus fuisset, multo rectius dixisset: *rogavi pro vobis.* Verba porro illa: *confirmas fratres tuos,* manifeste revincunt, Christum non fuisse Ecclesiam allocutum: qui enim fingi possunt Ecclesiae universalis fratres? — Nec audiendi sunt qui docent Christum orasse hoc loco pro perseverantia Petri; laborant namque ad interpretanda in eo sensu posteriora illa verba: *confirmas fratres tuos.* — Est itaque habenda textus expositio, ut privilegium Petro et successoribus ejus Christus impetraverit, ne aliquid contra fidem possent docere. Ita scripsit Agatho Papa, in epistola ad Constantimum Imperatorem, quae lecta est in VI synodo, et ibi ab omnibus probata: *Haec est... verae fidei regula (verba epistolae), quam... tenuit... Apostolica Christi Ecclesia, quae per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicae traditionis nunquam errasse probabitur..., secundum ipsius Domini Salvatoris.*

art. 6. — Baron., ad ann. 992, n. 16, 45 et 56. — Bellarm., loc. cit., cap. 17. — Sfondrat., Regal. sacerdot., lib. 2, propos. et § 4 et seqq.; Gallia vindicat., dissert. 3, passim. — Nic. Pallavic., Difesa del Pontif. rom., tom. 1, lib. 4, cap. 13 et 14. — Scheistr., de Sensu et auctorit. decretor. Constant. concil., praef. ad lectorem; et diss. 2, cap. 1, art. 2; diss. 3, cap. 2 et 4. — Lopus, de Appellationib., cap. 19, passim; et cap. 30, v. f. — Cabassut., Notitia ecclesiast., XV saec. histor. synops., num. 21. — Cajetan., Opusc. de auctorit. Papae et concil., cap. 6 et 7. — Gotti, Theolog. dogmat., tr. 1, qu. 8, dub. 5, § 2, n. 9. — Exercit. 19, in propos. 29 Alexand. VIII, vers. *Et ex hinc, et vers. Diserte adversus.* — S. Agatho, Conc. gener. vi, act. 4.

§ 10, tantum negat hunc casum accidisse pro Eugenio IV. Cfr. etiam Chronicon, part. 3, tit. 22, cap. 10, § 4, quod pariter falso allegatur a Bellarmino.

c) Id est ex ordine Praedicatorum, cuius sodalis erat Milante; et ex isto auctore tota haec series allegationum desumpta est.

Alia sententia.

habet Generalis respectu ad monasteria religionis.

Adest secunda sententia Glossae^{a)}, dictis quod Papa sit supra concilium; tamen, ubi ipse sponte se subjicit concilio, concilii sententiae teneatur parere. Hoc vero recte reprobant S. Antoninus^{b)}, Cajetanus, Bellarminus, etc.; quia, cum auctoritas pontificalis sit de jure divino, non potest Papa ei renuntiare, ut declaravit Bonifacius VIII^{c)}, dicens: *Suprema [potestas] a solo Deo, non ab homine, poterit judicari.* — Secus vero esset, si ageretur tantum de judicio discretivo (non autem coactivo), ut aliqui Papae fecerunt, dum accusati, causas suas in concilio discuti voluerunt.

Tertia tamen sententia, cui subscribimus, tenet: Papam non dubium semper esse supra concilium generale, sive supra omnes ecclesias, etiam collective sumptas. Et hanc tuentur S. Thomas, S. Bonaventura, Alexander de Ales, S. Joannes a Capistrano, Bernardinus de Bustis, B. Augustinus Triumphus, Baronius, Bellarminus, Sfondratus, Pallavicinus, Emmanuel Schelstrate, Lopus, Cabassutius, Cajetanus, Gotti, et alii nostri^{c)} auctores communiter. — Vide apud Milante^{d)}.

123. — Probatur I^o. Ex Scripturis. — Et 1^o ex Luca, xxii, 31, 32: *Simon, Simon, ecce Satanus expeditivit vos ut cribraret sic ut triticum: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirmas fratres tuos.* Observa,

Cajetan., de comparat. auctoritat. Papae et concil., cap. 27, ad 8; et Apologia hujus Tract., part. 1, cap. 6. — Bellarmin., loc. cit., cap. 17. — Sfondrat., Regal. sacerdot., lib. 2, propos. et § 4 et seqq.; Gallia vindicat., dissert. 3, passim. — Nic. Pallavic., Difesa del Pontif. rom., tom. 1, lib. 4, cap. 13 et 14. — Scheistr., de Sensu et auctorit. decretor. Constant. concil., praef. ad lectorem; et diss. 2, cap. 1, art. 2; diss. 3, cap. 2 et 4. — Lopus, de Appellationib., cap. 19, passim; et cap. 30, v. f. — Cabassut., Notitia ecclesiast., XV saec. histor. synops., num. 21. — Cajetan., Opusc. de auctorit. Papae et concil., cap. 6 et 7. — Gotti, Theolog. dogmat., tr. 1, qu. 8, dub. 5, § 2, n. 9. — Exercit. 19, in propos. 29 Alexand. VIII, vers. *Et ex hinc, et vers. Diserte adversus.* — S. Agatho, Conc. gener. vi, act. 4.

122. — a) Glossa, in can. *Nobis si incompetenter, caus. 2, qu. 7*, in v. *Aliena*, dicit tantum: « Hic papa se subjicit aliorum judicio, quod facere potest...; non tamen eum possunt deponere... quia et se ipsum potest deponere ».

b) S. Antoninus non satis accurate citatur a Bellarmino; ipse enim, part. 2, tit. 3, cap. 11,

quod Christus Dominus pro solo Petro rogavit, qui solus fratres confirmare debat. Ergo, si fides Petri deficere potuisse, fratres non valuerint confirmari a Petro. — Falsum est nonnullorum Parisiensium commentum, qui hoc loco putant Christum orasse pro Ecclesia universalis, sive pro Petro, ut totius Ecclesiae figuram gerente. Dominus enim designavit unam tantum personam: *Simon, Simon.* Et cum coepisset loqui in plurali: *Satanas expeditivit vos, ut cribraret;* deinde mutavit loquendi formam: *Ego autem rogavi pro te.* Certe, si de tota Ecclesia locutus fuisset, multo rectius dixisset: *rogavi pro vobis.* Verba porro illa: *confirmas fratres tuos,* manifeste revincunt, Christum non fuisse Ecclesiam allocutum: qui enim fingi possunt Ecclesiae universalis fratres? — Nec audiendi sunt qui docent Christum orasse hoc loco pro perseverantia Petri; laborant namque ad interpretanda in eo sensu posteriora illa verba: *confirmas fratres tuos.* — Est itaque habenda textus expositio, ut privilegium Petro et successoribus ejus Christus impetraverit, ne aliquid contra fidem possent docere. Ita scripsit Agatho Papa, in epistola ad Constantimum Imperatorem, quae lecta est in VI synodo, et ibi ab omnibus probata: *Haec est... verae fidei regula (verba epistolae), quam... tenuit... Apostolica Christi Ecclesia, quae per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicae traditionis nunquam errasse probabitur..., secundum ipsius Domini Salvatoris.*

Probatur 2^o ex Actis Apostolorum, cap. xv, 7, ubi concilio inter Apostolos inito, sic Petrus affatus est: *Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Evangelii, et credere.* — Quibus verbis sat diserte Petrus significavit, Deum tantum ipsi et successoribus suis potestatem docendi gentes, quid debeant credere, tradidisse.

Probatur 3^o ex Joanne xxi, 16 et 17: *Pasce agnos meos..., pasce oves meas.* — Hinc S. Cyprianus ait^{a)}: *Illi sunt Ecclesia plebs sacerdoti adunata, et pastori suo grex adhaerens.* Eusebius Emissenus^{a)} dicit: *Prius agnos, deinde oves ei commisit; quia non solum pastorem, sed pastorum pastorem eum constituit.* S. Bernardus addit^{b)}: *Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi universi crediti: uni unus.* Sic loquuntur Patres. — Probent autem adversarii, ubi in Scripturis habeatur, quod oves in concilio desinat esse subjectae suo pastori; immo, quod oves ibi in Pontificis pastorem commutentur. E contrario, in Scri-

^{a) Serm. 4, de Natali ipsius, cap. 3. — ^{b) Epist. 69, ad Florent. Popianum, n. 8.} — De Considerat., lib. 2, cap. 8, n. 15. — ^{c) In cap. Significasti, de elect., num. 49. Cfr. Labbe, tom. 2, col. 312, inter canones arabicos.} — ^{d) Opusc. contra errores Graecorum, cap. 32, v. f., vers. *Quod in eadem potestate.*}}

tom. 2, col. 312, inter canones arabicos. — ^{e) Opusc. contra errores Graecorum, cap. 32, v. f., vers. *Quod in eadem potestate.*}

— ^{f) De concil. et Eccles., lib. 2, cap. 17, vers. *Praeterea ex-*}

123. — a) Textum hunc, qui olim Eusebio Emisseno (Serm. in vigilia S. Petri) tribuebat, recentiores Patrum collectores S. Brunoni Astensi, episcopo Signensi, restituerunt; et revera habetur in ejus *Commentario in Joan.* part. 3, cap. 21, n. 55. — Cfr. Migne, *Patrol. lat.* tom. 165, col. 13 et seqq.

124. — a) Textus iste revera desumitur ex quadam S. Julii I epistola, sed supposititia. Nihilominus doctrina ibi exposita plane consonat canonii 7 concilii Sardicensis. — Cfr. Mi-

ptura legitur, quod Pontifex fuit positus ut pastor non tantum ovium, sed totius ovilis, quando Christus pronuntiavit (Joan. x, 16): *Fiet unum ovile, et unus pastor.* — Nec obstat dicere, quod (Act. viii, 14), Apostoli miserint Petrum una cum Joanne in Samarium; nam non miserunt imperio, sed consilio tantum, prout rex a suis ministris dicitur etiam ad bellum missus.

124. — Probatur II^o. Ex conciliis. — Et 1^o ex Nicaeno, can. 18, ubi sancitur: *Omnes episcopi in gravioribus causis libere Apostolicam appellant Sedem, cuius dispositioni omnes maiores causas antiqua Apostolorum auctoritas reservavit^{a)}.* De quo canone Julius I memoratur; et Nicolaus I dicit, quod concilium sic non esset allocutum, nisi infallibilem in Pontifice agnoverisset potestatem. — Rursusque habetur in can. 39 ejusdem Nicaenae synodi (ut apud Fagnanum^{b)}): *Ille qui tenet sedem Romae, caput est... omnium patriarcharum, quandoquidem ipse est primus sicut Petrus,... ut qui sit vicarius Christi Domini nostri super cunctos populos et cunctam Ecclesiam christianam.* Si ergo Papa est supra Ecclesiam, necessario supra concilium erit, quod Ecclesiam repraesentat; ut Constantiensis synodus in relato decreto quartae sessionis expressit.

2^o. Ex concilio Chalcedonensi habetur (ut legitur apud D. Thomam^{c)}): *Omnia ab eo (scilicet a Papa) definita teneantur tamquam a vicario apostolici throni^{d)}.* — Refert insuper Bellarminus^e, ex actione 3^o ejusdem concilii, ibi damnatum fuisse Dioscorum, quia Romanum Pontificem ausit judicare et damnare, etiamsi hoc

tom. 2, col. 312, inter canones arabicos. — ^{f) Opusc. contra errores Graecorum, cap. 32, v. f., vers. *Quod in eadem potestate.*}

— ^{g) Patrol. lat., tom. 8, col. 980; Labbe, tom. 2, col. 505, in secundam Julii epistolam.} — Denique Nicolaus I, in suis ad Michaelim imperatore litteris, (Nicaii I epist. 86) alludit quidem ad predictam Julii epistolam; infallibilitatem vero Romani Pontificis silentio praetermittit.

124. — a) Textus iste revera desumitur ex quadam S. Julii I epistola, sed supposititia. Nihilominus doctrina ibi exposita plane consonat canonii 7 concilii Sardicensis. — Cfr. Mi-

Probatur ex conciliis.

fecerit suffultus auctoritate synodi Ephesinae generaliter congregatae. Ergo bene arguit Bellarminus, si Dioscorus cum generali concilio Papam non valuit judicare, profecto infertur concilium non esse supra Papam.

3º Ex concilio Constantinopolitano IV, ubi¹ sic habetur: *Neque nos sane novam de illo judicii sententiam ferimus, sed jam olim a SS. Papa Nicolao pronunciatam, quam nequaquam possumus immutare*^{c)}. Et²: *Itaque beatissimum Papam Nicolaum tamquam organum Sancti Spiritus habentes, etc.* — Ergo hoc concilium declaravit sententiam Pontificis esse immutabilem.

4º Ex concilio Constantiensi, ubi (ut refert Bellarminus) approbata fuit epistola Martini V, in qua de haeresi suspectum sic interrogare praecepiebatur: *Utrum credit quod Papa... sit successor Beati Petri, habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei?* At certe potestas suprema illa est (recte arguit Bellarminus), qua nulla est major, et cui nulla aequalis. — Deinde habetur, quod idem concilium Constantiense damnavit propositionem 37 Wiclefii, quae dicebat: *Nec Papa est immediatus et proximus vicarius Christi.* Si ergo Papa est immediatus Christi vicarius, necessario dicendus etiam superior concilio; alias non immediatus, sed vix mediatus vicarius Christi dici deberet.

5º Valde etiam nostram sententiam confirmat concilium Florentinum, prout relatum est supra in probatione primae conclusionis, ubi Papa appellatur totius Ecclesiae caput, doctor et pastor. — Caput enim non pendet a membris; doctor non instruitur a discipulis; pastor non regitur ab ovibus.

6º Maxime autem urget concilium Lateranense V sub Leone X³, in quo decre-

tum Basileensis conciliabuli fuit reprobatum, et solemniter recepta fuit constitutio Leonis X *Pastor aeternus*, in qua perspicuis verbis fuit declaratum: *Cum... solum Romanum Pontificem..., tamquam auctoritatem super omnia concilia habentem, tam conciliorum indicendorum, transwendorum ac dissolvendorum, plenum jus et potestatem habere, nedum ex S. Scripturae testimonio, dictis SS. Patrum ac aliorum Romanorum Pontificum,... sed propria etiam eorumdem conciliorum confessione, manifeste constet.* — Huic autem expressae definitioni potestatis pontificiae supra concilia, tria tantum ait Bellarminus objici posse: *primum*, quod hoc concilium non fuerit generale, quia episcopi nec ad numerum centesimum pervenerunt. Sed Bellarminus respondet hoc vix dici posse, dum concilium legitime convocatum fuit, omnibus patuit, et in eo verus Pontifex praesedit; et ideo hoc concilium ut certe legitimum et oecumenicum communiter habetur, prout videre est apud Cabassutum, Graveson, Baronum, Thomassinum^{d)}, etc. — *Alterum*, quod concilium non fuerit ab omnibus receptum; sed hoc parum refert (addit Bellarminus), nam constat conciliorum decreta approbatione populi non indigere, cum non ab eo auctoritatem accipient. Et, si decreta circa mores aliquando per desuetudinem abrogari valent, quia ex temporis diuturnitate praesumitur ipse Pontifex in abrogationem consentire; hoc tamen nequit esse in decretis circa fidem, quae, postquam sunt constituta, necessario immutabilia evadunt. — *Quod vero* (subjungit Bellarminus) *concilium hoc rem istam non definierit propriè ut decretum fide catholica tenendum, dubium est; et ideo non sunt proprie haeretici, qui contrarium sentiunt, sed a tem-*

¹ Actio 5, v. *Et post hujusmodi.* — ² Actio 10, regul. 2. — Bellarmin., loc. cit., vers. *Ad hunc locum. - Cabassut.*, Notitia ecclesiast., concil. gen. Lateran. V, num. 1. — Graveson, Histor. eccles. saec. XVI, collog. 4. — *Baronius*, id est *Spondanus*, Contin. Baron., ad an. 1511, num. 12 et seqq. — *Bellarmino*, loc. cit.

^{c)} Textus genuinus est: « Nos ergo non novum aliquod vel recens iudicium judicabimus aut introducemos; sed vetus ex multo tempore iudicatum quidem a sanctissimo et beatissimo Papa Nicolao...; et non possumus

transferri vel commoveri a paternis definitiobus et legibus ». Ita habetur apud Labbe, tom. 10, col. 550, in dictum concilium, loc. cit.

^{d)} Apud Thomassinum nihil de his habetur quod sciam.

ritate magna excusari non possunt. Idemque tenent Ludovicus Bail et alii apud Milante¹.

Probatur
ex definitio-
nibus ponti-
ficii.

125. — Probatur IIIº. *Ex definitionibus Pontificum* (quos ideo novatores ambitiosi temeritatisque arguunt). — Quamvis enim non videtur probare definitio judicis illius, qui, an iudex sit in dubium revocatur; attamen negari non potest saltem magnum pondus nostrae sententiae addere tot definitiones Pontificum, qui juste existimantur, quod non ita facile has sanctiones emanassent, nisi in Ecclesia sat universe haec sententia esset recepta.

Infallibilia autem esse Romani Pontificis decreta, definivit Anacletus^{a)}, Gelasius^{b)}, et praecipue Paschalis II, qui ita decrevit²: *Cum omnia concilia per Romanae Ecclesiae auctoritatem... robur acceptant, et in eorum statutis, Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas.* Bonifacius VIII, dicens³: *Porro subesse Romanu- no Pontifici omnem humanam creaturam declaramus..., definimus et pronunciamus omnino esse de necessitate salutis.* Leo IX, scribens ad Leonem Acridanum, dixit: *Petrus et sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium.* Idem declaravit Innocentius I⁴. Idem, Dionysius Papa⁵. Idem, Gregorius Magnus⁶. — Has quidem sanctiones, licet in causa propria, ut vocant Galli, editas, Gersonio tamen et quibuscumque aliis auctoribus preferendas esse constat.

Et quod potestas Romani Pontificis sit superior omni concilio, magis patet ex irritatione canonis 28 concilii Chalcedonensis, quam decrevit S. Leo papa, contra privilegium primi loci post Romanum Pontificem, delatum a Concilio antistiti Constantiopolitanu adversus episcopum Alexandrinum. Sic enim S. Pontifex⁷ scri-

¹ *Lud. Bail*, Summa concilior., concil. Lateran. V, i. f. — ² Exercit. 19, in proposit. 29 Alexand. VIII, vers. *Quae autem itidem.* — ³ Cap. *Significasti* 4, dc elect. — ⁴ Extrav. com., cap. *Unam sanctam*, de majorit. et obedient. — *S. Leo IX*, Epist. 100, ad Leonem Acridanum, n. 32, v. f. — ⁵ Epist. 29, Episcopis Carthaginen. concil., n. 1. — ⁶ Epist. 2, ad Severum. (Cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 5,

et col. 133, ubi notatur hanc epistolam adulteratam esse). — ⁷ Epistolar. lib. 5, indict. 18, epist. 54. — ⁸ Epist. 105, ad Pulcheriam Augustam, cap. 3. — ⁹ Epist. 86, ad Michael. Imperator., p. m. — ¹⁰ Cont. Gent., lib. 4, cap. 76, n. 3 et 4. — *Calvin.*, Institut., cap. 8, de Fide, n. 54, 124, 125, 126, 173 et 175. — *S. Cyprian.*, de Unit. Eccles., n. 4; epist. ad Jubaian., n. 7 et 11.

Probatur
ratione.

125. — ^{a)} Anacletus, can. *Sacrosancta 2, dist. 22*, et Gelasius, can. *Cuncta 17, caus. 9, qu. 3*, non quidem de infallibilitate, sed de su-

prema Romani Pontificis auctoritate loquuntur. Fatendum etiam est hos canones a Gratiano ex falsi Isidori collectione esse depromptos.

psit^{a)}: *Haereticum esse qui contrarium tenet; nullam aliam politicam constituit in Ecclesia Christus, praeter monarchicam.*

Adde: Si regimen in Ecclesia non es- set monarchicum, non satis a Deo Eccle- siae bono provisum esset; nam, cum raro concilia conveniant, et raro convenire possint ob incommoda, dispendia, bella, raro etiam hoc regimen existeret. Et ideo D. Antoninus¹ dixit, Christum Dominum monarchiam in Ecclesia instituisse, Pontifem vicarium sui constituendo. Quapropter plures accidit, ut notat Bellarminus², Pontifices absolute haereses sine concilio damnasse, ut Pelagii, Priscilliani, Joviniani, Vigilantii aliorumque multorum; quae, eo ipso quod a Papa damnatae fue- runt, a tota Christi Ecclesia pro veris haeresibus habitae sunt. — Hinc docet D. Thomas, quod auctoritatem quam concilia praeseferunt, totam a pontifica au- toritate exhauiunt: et ideo a concilio ad Papam bene appellari potest, sed non a Papa ad concilium. S. Thomas³ sic lo- quitur: *Sicut... posterior synodus pote- statem habet interpretandi symbolum a priore synodo conditum..., ita etiam Ro- manus Pontifex hoc sua auctoritate po- test: cuius auctoritate sola synodus con- gregari potest, et a quo sententia synodi con- firmatur, et ad ipsum a synodo ap- pellatur. Et⁴: SS. Patres in conciliis con- gregati nihil statuere possunt, nisi aucto- ritate Romani Pontificis interveniente. — Accedit S. Joannes a Capistrano, de Papa et concilio dicens: *Patet igitur expre- sissime, Papam supra concilium, et non concilium supra Papam, jurisdictionem plenariam in omnibus obtinere: et concilium, quantumlibet oecumenicum..., Papae subjici, et obedire teneri, a quo salus...**

¹ Part. 3, tit. 22, cap. 2, § 3, vers. *Et in tantum.*

² De Roman. Pontif., lib. 4, cap. 3, i. f., vers. *Alterum.*

³ De Potentia, qu. 10, art. 4, ad 13. — ⁴ Opusc. 19, contra impugn. religion., cap. 4, v. f. - S. Joan. a Ca- pist., de Papae et Concil. auctorit., 3 part. secundae

*fidelium post Christum pendet. Sanctus autem Antoninus⁵ non abstinuit a decla- rando opinionem contrariam esse haereticam, his verbis: *Sed nec ad concilium generale a Papa appellari potest, quia Papa omni concilio superior est; nec robur habet quicquid agitur, nisi auctoritate Romani Pontificis roboretur et con- firmetur. Sentire ergo quod ad concilium a Papa appellari possit, est haereticum.**

127. — Objiciunt adversarii I^o, et di- cunt: Si ergo Pontifex est supra concilia, haec inutilia sunt, et frustra ipsi Pontifices toties, ut fidei quaestiones decerne- rentur, concilia indixerunt.

Sed responsio cuique patet. Non enim Pontifices concilia dicuntur convocasse, quia de fide controversias definire non va- lerent; sed hoc fecerunt, ut, rebus magis ad trutinam mandatis, haeretici validius convincerentur, et dogmata fidei, totius Ecclesiae judicio examinata, statuerentur firmius, ac facilius a fidelibus reciperen- tur. Et ideo (ut adversarii opponunt, sed immerito) plures Pontifices, post suas definitiones, concilia convocarunt: sed omnia quae in conciliis sunt unquam de- finita circa res fidei, a pontifica appro- batione auctoritatem exhauserunt, prout declaravit Lateranense ultimum, sessione undecima, ubi sic habetur: *Consueverunt antiquorum conciliorum Patres pro eo- rum, quae in suis conciliis gesta fuerunt, corroboratione, a Romano Pontifice sub- subscriptionem approbationemque humiliter petere et obtinere, prout ex Nicaena et Ephesina ac Chalcedonensi hujusmodi, et sexta Constantinopolitana, et septima ea- dem Nicaena, et Romana sub Symmacho, synodis habitis, earumque gestis... manife- ste colligitur.*

partis principal., n. 95. — ⁵ Part. 3, tit. 23, cap. 3, § 3, vers. *Ex quarto. - Concil. Lateran., Bull. Pastor ae- ternus, p. m., apud Labbe, Collect. Concilior., tom. 19, col. 968. Cfr. Porrect., in 2^o 2^o, qu. 1, art. 10, append., post med.*

126. — a) Textus genuinus Gersonii, tr. de *Statib. eccl., super statum Summ. Pontif., consid. 1*, ita sonat: « Status papalis institutus est a Christo..., tamquam primatum habens monarchicum et regalem in ecclesiastica hie- rarchia, secundum quem statum unicum et

supremum, ecclesia militans dicitur una sub Christo; quem statum quisquis impugnare vel diminuere, vel alicui ecclesiastico statui particulari coaequare praesumit, si hoc per- tinaciter faciat, haereticus est ». Quae profecto ad amussim summantur a S. Alphonso.

Objicitur:
correctio ad
Ecclesiae
pertinet.

Responde-
tur.

Responde-
tur.

128. — Objiciunt II^o textum Matth. xviii, 15, 17: *Si... peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum... Quod si non au- dierit eos, dic Ecclesiae. Ergo, dicunt, si correctio a Petro ad Ecclesiam est defe- renda, potestas suprema est in concilio, per Ecclesiam designato. Et confirmant ex verbis Innocentii IV¹, qui Friderico II scripsit, se paratum esse de consilio concili suam revocare sententiam.*

Sed respondet, quod Christus non dixerit Petro verba illa ut suo vicario, sed omnibus discipulis et fidelibus, praecipuum correptionis imponendo. Deinde per illa verba: *dic Ecclesiae*, non fuit de- signatum concilium (quod raro habetur), ut possit corriger delinquentes; sed no- mine Ecclesiae intelliguntur superiores jurisdictionem habentes, ut docet Chrysostomus²: *Dic Ecclesiae (explicat), praesulibus scilicet ac praesidentibus.* — Ad illud autem Innocentii respondet Bellarminus³, posse intelligi de judicio discre- tivo, non decisivo. Praeterquam quod ibi non agebatur de quaestione fidei decer- nenda, sed tantum de sententia punitio- nis moderanda, si id pro pace cum Imperatore, per Pontificem excommunicato, concilianda conveniens visum fuisset. — Hinc S. Irenaeus⁴, loquens de Ecclesia Romana, ait: *Ad hanc enim Ecclesiam, propter potorem principalitatem, necesse est omnem convenire ecclesiam (hoc est, eos qui sunt undique fideles), in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea, quae est ab Apostolis traditio.*

¹ Cap. *Ad Apostolicæ 2*, de sentent. et re judic., in 6^o. — ² Homil. 60 (al. 61) in Matth., n. 2. — ³ De Concil. et Eccles., lib. 2, de Concilior. auctorit., cap. 18. — ⁴ Cont. haeres., lib. 3, cap. 3, n. 2. - S. Leo, Epist. 33 (al. 15), ad

129. — a) Haec S. Alphonsi responsio fusio- rem explicationem requirit. Milante igitur, in *Exerc. 19, ad prop. 29 Alex. VIII*, vers. *Nul- lum itidem, negat tantum decretum istud Con- stantiense « conciliariter » latum fuisse; subdit ex Turrecremata aliquibus dumtaxat Patribus obedientia Joannis XIII tribuendum esse; demum notat decretum istud ad materiam reformationis, non fidei pertinere. — Apud Schelstrate vero, *Acta et Gestæ Constiunt. concil.*, ex duabus mss. codic. regest, § II, habetur quod post non modicam disceptatio- nem, « tandem divino Flamme inspirante, in*

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. I.

Objiciunt III^o. D. Leonem, Euthychetis haeresi damnata, judicium illud passum esse denuo in synodo Chalcedonensi dis- cuti: ex quo inferunt, ipsum Pontificem sensisse suam definitionem sine concilio fallibilem esse.

Sed respondet, quod S. Pontifex non ideo permisit synodum, quia suam sanctio- nem non censuerit irreformabilem, sed ut error pleniori judicio concilii potuisset aboliri, et omnia exorta dissidia, juxta Imperatoris desiderium, hoc modo sedari. Hoc patet ex ejusdem S. Leonis epistola; patetque ex ejusdem synodi subsequenti decreto, ubi sancitum fuit: *Haec Patrum fides, haec Apostolorum fides... Anathema ei qui ita non credit. Petrus per Leonem ita locutus est.*

129. — Objiciunt IV^o concilia Constan- tiense et Basileense. — De Constantiensi, duo decreta opponunt edita, unum in sessione quarta, quo dictum fuit: *Haec sancta synodus... Ecclesiam... represe- ntans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cuiusque... dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad fidem, et extirpationem dicti schismatis, et reformationem generalem Ecclesiae Dei in capite et in membris.* Hoc decretum editum in sessione quarta, fuit postea confirmatum in sessione quinta.

Sed antequam ultra procedamus, circa decreta haec sciendum, ut referunt Mi- lante^{a)}, et Troila^{b)} ex Emmanuele Schel- strate^{c)}, quod sacrum cardinalium col- legium cum tribus nationibus (adversus

Objici- tur: S. Leo- suum judi- cium conci- lio subjecit.

Responde- tur.

Objicitur
concilium
Constan-
tiense.

Responde- tur.

unam sententiam convenerunt, quod tantum capitula infrascripta in dicta sessione [quarta] statuerentur. Fuit ergo dicta sessio, de con- sensu et voluntate domini regis et omnium do- minorum cardinalium in Constantia existen- tiuum, quatuor nationum et oratorum regum et principum, celebrata». — Atvero, cum in hac sessione quarta decretum de superioritate concili sancitum esset, postea altercatum fuisse, ajunt acta, *loc. cit.*, § 3, super correctione et emendatione capitulorum in praecedenti ses- sione statutorum; omnes tamen ad quintam sessionem celebrandam convenerunt, sed

Germanicam) interfuerunt in sessione, tandem ob timorem Sigismundi Imperatoris, sine animo articulum definiendi: atque in scriptis Patres sunt protestati de nullitate sessionis hujus. Verba autem protestationis cardinalium et trium nationum, factae die 11 Septembris anno 1417, haec fuerunt: *Quod clerus et populus nonnullorum regnorum et provinciarum nondum solide et clare huic sacro concilio adhaeserint... propter rumores discordiarum,... quas in eodem concilio fieri audiunt; fides jam de eodem concilio dicitur vacillare, etc.* Ita apud Roncaglia¹. — Insuper testatur card. Turrecremata², quod *sicut apertissime patet ex gestis illius congregationis, decreta illa, si ita sint appellanda, facta sunt solum a Patribus aliis obedientiae Joannis XXIII*. Qui Patres tantum ad tertiam partem pertinabant; qua de re (asserit Milante³) concilium definitionem illam emanavit, cum nondum fuerit oecumenicum. Et ideo quisque videt, cuius roboris sit illud decre-

¹ *Animadv. ad Natal. Alexand.*, in *decret. sess. 4 et 5 concil. Constantien.*, § 5, vers. *Dissensiones vero*. — ² *De Auctoritate Papae et Concil.*, tr. 1, cap. 8. - *Bellarmino*, *De Eccles.*, lib. 2, cap. 99, p. princ. — ³ *Exercit.* 19, in *proposit. 29* *Alexand. VIII*, vers. *Nullum itidem*. — ⁴ *Ap. Troila*, loc. cit., n. 59 (ita S. Alphonsus). — ⁵ *De Eccles. et Cardinal. Auctoritate*, part. 1, cap. 4. — ⁶ *De Eccle-*

tum tam tumultuarie editum, saltem sine unanimi suffragio Patrum. Nam, ut scripsit idem Joannes XXIII duci Bituricae⁴, non fuerunt data suffragia per singulos, uti oportebat; sed incongruenter statutum fuit, quilibet nationem unum suffragium habere⁵. Et hoc factum confirmat cardinalis Alliacensis⁶, qui in concilio adfuit; hocque dubium in illo proposuit, ne ipsius acta deinde in dubium de nullitate vocarentur. — Hinc praefatus card. Turrecremata⁷, qui etiam synodo interfuit, et Cajetanus⁸ absolute asserunt, decreta illa nullius fuisse momenti, cum non intervenerit Ecclesia: prout etiam affirmavit Eugenius IV in *Apologia contra Basileenses*, affirmans: *Quod... ibi... actu est, universae Ecclesiae non debet adscribi* ⁹.

130. — Praeterea, adhuc praefatis decretis admissis, respondent Bellarminus, Turrecremata, Spondanus et alii, quod decreta illa fuerunt pro Papa dubio, et tempore schismatis tunc grassantis, cum

sia, lib. 2, cap. 99, vers. *Secundo et seqq.* — ⁷ *De Auctoritate Papae et Concil.*, tr. 1, cap. 8. - *Bellarmino*, *De Eccles.*, lib. 2, cap. 99, p. princ. — ⁸ *Exercit.* 19, in *proposit. 29* *Alexand. VIII*, vers. *Nullum itidem*. — ⁹ *Ap. Troila*, loc. cit., n. 59 (ita S. Alphonsus). — ¹⁰ *De Eccles. et Cardinal. Auctoritate*, part. 1, cap. 4. — ¹¹ *De Eccle-*

« *praemissa per dominos cardinales et oratores regis Franciae protestatione... secrete facta, quod propter scandalum evitandum, ad sessionem ibant, non animo consentiendi his, quae audiverant in ipsa statu debere...* ». Quae quidem habita sunt mense Martio et Aprili 1415. — Protestatio autem cardinalium et trium nationum, quam exscribit S. Alphonsus, ad aliud spectat. Rex enim Romanorum cum natione Germanica consilium inierat, de electione Papae non agendi, nisi post absolutum reformationis negotium. Contra quod propositum cardinales cum tribus aliis nationibus, post sessionem 38, scil. die nona Septembris 1417, protestationem emiserunt, quae quidem, die 11 Septembris, non obstante tumultu Germanorum aliorumque regi Romanorum adhaerentium, a cardinali Pisano in ecclesia Constantiensi lecta est. Cfr. Schelstrate, *loc. cit.*, *ex gestis mss.*, § 3, et *Compend. chronol.*, anno 1417, mense Sept. Error autem apud S. Alphonsum inde videtur irrepsisse, quod Roncaglia, ad labefactandam auctoritatem decretorum 4^{ae} et 5^{ae} sessionis, asserit dissensiones et metum in concilio non defuisse; quod ipse ex hac protestatione colligit.

^b) Haec sane reperiuntur in informationibus Papae, quas ipse Joannes XXIII cum litteris suis duci Aurelianensi miserat, ut videre est ap. Labbe, in *Append. concil. Constantien.*, docum. VII. Quorum tamen mentionem facere videtur Pontifex, ad ducentum Bituricae, de gestis concilii scribens: « *Quaedam praemissa tangentia (sic ille), sub quadam brevi compendio mittemus* ». Labbe, ibid., doc. V. Ex quibus colligere licet eadem ad Bituricae ducentum misse, quae ad Aurelianensem miserat; et Schelstrate, *Tract. de sensu et auctorit. decretor. Constantien. concil. diss. 2, cap. 2*, asserit papam eadem ad ducentum Bituricum scripsisse, et dicit has litteras reperiri Parisiis in duabus mss. codicibus Victorini.

^c) Verba haec, quae ex Schelstrate, *Op. cit.*, diss. 2, cap. 3, deprompta sunt, etsi extum Apologiae genuinum non exhibent, at tamen verum ejusdem sensum praeseferunt, *Resp. ad 1 art.*, n. 2 et seqq. et *ad 2 art.*, n. 1. Titulus hujus Apologiae est: *Apologia Eugenii papae IV, sive de summi Pontificis et generalis concilii potestate, ad Basileensium oratorem, in Florentina synodo, responsio viva voce exhibita, per Joannem*

inter tres Pontifices tunc constitutos, quisque pontificiam dignitatem sibi vindicabat; sed ii omnes a concilio fuerunt depositi, et Martinus V eodem tempore a cardinalibus Pontifex legitime creatus. Et hoc bene constat ex ipsius concilii verbis, ut supra relatis: *Cui quilibet... obediens tenetur in his quae pertinent ad fidem et extirpationem dicti schismatis*.

Nec officiunt verba subsequentia: *Et reformationem generalem Ecclesiae Dei in capite et in membris.* — Nam primo respondet Troila, ex doctissimo Emmauele Schelstrate¹, quod praedicta ultima verba fuerunt a Basileensibus adulterata in secundo decreto, ubi eadem verba primi decreti identice leguntur repetita, additis illis: *et reformationem, etc.* — Deinde respondet, quod decreta illa loquebantur in subiecta materia, scilicet in casu Papae dubii, in quo (ut notatum est in *praemissis*) suprema potestas est in concilio, tam quoad materias fidei, quam quoad definiendum quis sit verus Pontifex; tunc enim quisque definitioni concilii subjici debet. Tunc autem temporis in dubium revocabatur, quis esset verus Pontifex: et quamvis legitimus Pontifex esset Joannes XXIII, ut aliqui contendunt, attamen hoc ubique non constabat; quapropter, ut habetur ex historiis (apud Suarez²), Joannes, ad Ecclesiae pacem firmandam, sponte pontificatum resignavit.

Idem confirmatur ex declaratione ejusdem synodi Constantiensis, in sessione quinta, ubi dictum fuit: *Item declarat, quod quicumque... qui mandatis... hujus sanctae synodi, et cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati super praemissis, seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obediens contumaciter contempserit, etc.* Ex quibus verbis sat patet, synodus locutam esse tantum de

¹ *Troila*, loc. cit., n. 54 (ita S. Alphonsus). — ² *Tract. de sensu et auctorit. decretor. conc. Constantien.*, diss. 1, cap. 1. — ³ *Defens. cathol. fidei*, lib. 3, cap. 18, num. 8, v. *Ad objectionem*. - *Concil. Constant.*, Congreg. 11 Sept., apud

concilii, quae celebranda fuerint *super praemissis, etc.* Quae autem erant illa *praemissa*, nisi schisma sopiaendum, Pontificesque dubii deponendi? Haec enim fuit vera causa hujus synodi celebranda, nempe eventus Papae dubii. — Caeterum, in congregatione habita die 11 Septembris anno 1417, communiter decisum fuit, quod *Papa electus ligari non poterat*. Si igitur est certum, Papam non posse ligari legibus concilii; certum est etiam, concilium non esse supra Papam, nec a Papa appellari posse ad concilium.

131. — Nec obstat quod objicit Jueninus³, scilicet, Martinum V (ut in ultima sessione concilii legitur) per *advocatum consistoriale* haec denuntiari jussisse: Se omnia et singula, determinata in matteriis fidei per concilium Constantiense conciliariter, tenere velle, ipsaque sic conciliariter facta probare, et non aliter nec alio modo. Ergo (dicunt) etiam Martinus confirmavit decreta quartae et quintae sessionis. — Nam respondetur 1^o. Per illa verba: *in materiis fidei*, Martinus tantum comprehendere voluit decreta adversus Wicleffum et alios haereticos in concilio damnatos, non vero decreta de superioritate concilii. Haec enim decreta non ad fidem, sed ad reformationem tantum spectabant, ut ipsi Patres dicebant: *ad reformationem generalem Ecclesiae Dei in capite et in membris*. Ergo decreta illa minime confirmare voluit Martinus. — Resp. 2^o. Decreta illa Pontifex non solum non approbat, sed expresse reprobavit. Cum enim a concilio damnatus fuisse ut haereticus quidam libellus, a Joanne Falkenberg editus contra regem et nationem Poloniae, Martinus obstitit, declaravitque hanc non esse fidei causam. Et ex hoc, cum Poloni ad futurum concilium a Martino appellassent, Pontifex constitu-

³ *Schelstrate. Acta et Gesta. Ex gestis mss.*, § 4. Cfr. Labbe, tom. 16, col. 695. — ⁴ *Institut. theol.*, Prolegom., diss. 4, qu. 3, cap. 2, art. 16, § 4, v. *Prob. 3.* - *Martin. V. Acta et Gesta conc. Constant.*, sess. 45.

a *Turrecremata, Dominicanum, tunc sacri Apostoli palatii magistrum, ac postea sancti Xysti presbyterum cardinalem*. Habita est anno 1439; typis edita fuit Venetiis in 4^o, anno 1563, opera P. Camilli Campegii,

theologi Papiensis; et reperitur apud Labbe, tom. 18, i. f., col. 1427 et seqq. et apud Hardouin, *Acta conciliorum*, tom. 9, col. 1236 et sequentibus, ad Florentinum concilium appendix nova.

tionem edidit, in qua dixit: *Nulli fas est a supremo iudice, videlicet Apostolica Sede, seu Romano Pontifice, Jesu Christi vicario in terris, appellare, aut illius iudicium in causis fidei (quae tamquam maiores ad ipsum et Sedem Apostolicam deferendae sunt) declinare.* Hujus constitutionis meminit Joannes Gersonius¹, et hujus causa edidit tractatum: *An liceat a Pontifice appellare?*²

132. - Accessit inde synodus Basileensis, quae non solum decretum Constantiensis confirmavit, sed etiam concilium supra Papam indubium esse definivit: proposuitque, tamquam credendas de fide, sequentes tres impias propositiones:

I. Veritas de potestate concilii generalis, universalem Ecclesiam repraesentantis, supra Papam et quemlibet alterum, declarata per Constantiense, et hoc Basileense, generalia concilia, est veritas fidei catholicae.

II. Veritas haec, quod Papa concilium generale, universalem Ecclesiam repraesentans, actu legitime congregatum super declaratis in praefata veritate aut aliquo eorum, sine ejus consensu, nullatenus auctoritative potest dissolvere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, est veritas fidei catholicae.

III. Veritatibus duabus praedictis pertinaciter repugnans, est censendus haereticus.

¹ Tract. An liceat in causis a SS. Pontif. appellare. - *Concil. Basileen.*, sess. 33, v. f. — ² Continuat. annal. Ba-

Tandem, usque adeo Basileensium antistitum audacia pertransiit, ut, postquam Eugenius concilium Ferrariam transtulit, ausi fuerint ipsum a sede papali depnere, et haereticum declarare, ac Ama- daeum, Sabaudiae ducem, in ejus locum sufficere, nomine Felicis; reclamantibus tamen, et a concilio recentibus fere cunctis episcopis, ut testantur D. Antoninus³ et Spondanus⁴, qui de hac iniqua depositione sic scripsit: *Crescente dissensione, adeo diminutus est eorum numerus, ut, cum iudicium in Eugenium intentarent, vix triginta adfuerint, et in ejus depositione septem tantum episcopi.* Adeo ut ipse Felix, postea suae electionis nullitatem agnoscens, ab omni jure ad papatum se abdicaverit, et Nicolao V, Eugenii successor, obedientiam humiliter praestiterit.

133. - Ludovicus Dupinus, quem secuti sunt aliqui alii ex Gallis, hoc Basileense conventiculum oecumenicam synodum non erubuit appellare, dicens ipsam legitime a Martino V fuisse indictam, ab Eugenio autem IV ut legitimam confirmatam, et demum a Nicolao V in omnibus approbatam⁵. — Ad horum falsissimas suppositiones refellendas, longa utique ac integra dissertatio requireretur; sed ne nimis a meo proposito recedam, breviter respondeo, et dico, quod hujusmodi Basileensis conventus nullo modo generalis concilii

Basileense
non est oecumenicum.

ronii, ad an. 1431, n. 10. - *Concil. Basileen.* Epist. synodal. xvi, v. f.

131. - ^{a)} Exhibita quidem fuit petitio, ut libellus iste in publica sessione damnaretur; sed ab ipso concilio revera damnatus non fuit; etenim, « cum (ita *Acta, Sess. 45*, ap. Schelstrate) nonnulli alii multum dicenter et tumultum facerent, imposito omnibus silentio, dixit [Papa], respondendo ad praedicta, quod omnia et singula, determinata, conclusa et decreta in materiis fidei per praesens sacram generale concilium Constantiense conciliariter, tenere et inviolabiliter observare volebat, et nunquam contravenire quoquo modo, ipsaque sic conciliariter factae approbat et ratiificat, et non aliter nec alio modo. — Et illud item fecit dici per organum Ven. et circumspecti viri Dñi Augustini de Pisis, fiscalis et sacri concistorialis advocati ». Cum nihilominus unus ex Polonis legatis rem proponere vellet, « fuit sibi... impositum silen-

tium sub pena excommunicationis ». — Constitutio autem quam meminit Gersonius, etsi ejusdem negotii occasione lata, antiquior tamen est sessione quadragesima quinta; promulgata enim fuit in consistorio generali, celebrato Constantiae sexto idus, seu die 2 Martii, cum scilicet Martinus primum rescivisset Polonis in animo esse ad futurum concilium appellare. Sessio autem 45 habita est die 22 Aprilis 1418. Cfr. Schelstrate, *Compend. chronolog.*, anno 1418, mense Februario, Martio et Aprili.

132. - ^{a)} S. Antoninus id non habet in sua *Histor.*, part. 3, tit. 22, cap. 10, § 4; neque alibi, quod reperire potuerim.

133. - ^{a)} Ludovicus Dupin de concilii convocatione silet; habet tamen quae S. Alphonsus de confirmatione et approbatione ejusdem concilii ipsi tribuit. Vide op. *De antiqua eccles. disciplina*, diss. 5, cap. 1, § 6.

nomen meretur; et hoc ex ipsius gestis, de quibus dubitari non potest, aperte constat.

Primo, quia numerus episcoporum fuit in eo tam exiguis, ut nulla ratione potuerit unquam universalem Ecclesiam representare. — In sessione enim secunda et tertia, in quibus praefatae definitiones editae fuerunt, septem vel octo tantum episcopi adfuerunt; idque habetur ex responsu ipsius synodi, dato 6 idus Novembris 1440, ubi legitur: *Cum tempore primae dissolutionis praetensae, pauci prelati essent in concilio, non numerum quartuaginta excedentes, neque medietas numeri omnium suppositorum in concilio haberetur, quae praemissis actibus interfuerint, etc.* Et licet, aucto deinde antistitum numero, in sessione decima octava fuerint decreta secundae sessionis renovata; refert tamen cardinalis Turrecremata¹ quod in illa sessione decima octava non omnes consenserunt; sed plures protestati sunt, alii vero consensum praestiterunt, vel ut privatae personae, vel potius violenter; alii tandem noluerunt intervenire, cum decreta ederentur non per solos episcopos, ut opus erat, sed *cum multitudine populi parvi pretii et nullius auctoritatis*. — Quod confirmatur ex oratione cardinalis Arelatensis (quae legitur apud Aeneam Silvium²): qui, cum esset praecipuus promotor praestantiae concilii supra Papam, ibi fortiter conquestus fuit de hoc praelatorum dissensu; et ideo praefata decreta inferioris potius cleri suffragiis, quam ipsorum, adscripsit, dicens: *Opus Dei hac vice fuisse autumo, ut inferiores ad decidendum reciperen- tur.* Et praedictus Aeneas Silvius, in oratione habita anno 1452 adversus Austriales (ut fert Ludovicus Muratorius³) de relatis decretis loquens, dixit: *Inter episcopos... vidimus in Basilea coquos et stabularios, orbis negotia judicantes.*

Secundo nequit concilium Basileense nuncupari oecumenicum, quia ibi non

¹ Sum. de Eccles., lib. 2, cap. 100; *Apologia Eugenii PP. IV*, resp. ad 2 art., n. 19. — ² De gestis Basileen. concil., lib. 1, *Oratio Arelaten.*, advers. Panormitan., v. m. — ³ Anecdota latina, tom. 2, pag. 162. (Habita est haec oratio Viennae, anno 1452). — ⁴ Opusc. 19, contra impugnationem, cap. 4, v. f. — ⁵ In dist. 17 titul. v. *Generalia concilia*. — ⁶ Epist. 7, ad Michael. Imperator., v. f., vers. *Verum si dies*. — ⁷ Ap. Roncaglia, *Animadv. ad Natal.*

adfuerunt legati pontifici, ut oportebat. — Quomodo enim concilium dici potest oecumenicum, ubi caput suum deest, quando existit Papa certus? S. Thomas⁴ docet: *Sancti... Patres in conciliis congregati nihil statuere possunt, nisi auctoritate Romani Pontificis interveniente.* Et *Glossa*⁵ ait: *Universale [concilium] est, quod a Papa vel ejus legato cum omnibus episcopis statutum.* Hinc Nicolaus I⁶ ita scripsit: *In universalibus synodis, quid ratum..., nisi quod sedes B. Petri probavit, ut ipsi scitis, habetur? Sicut e contrario, quod ipsa sola reprobavit, hoc solummodo consistat hactenus reprobatum.* — Si igitur loquimur de sessione secunda, ut supra habita 14 kalendas Martii anno 1432, habetur ex *Act. mss.*⁷, quod cardinalis Julianus, tunc temporis Sanctae Sedis legatus, jam ante die 8 Februarii, se praesidentia concilii exoneravit. Adde, quod Eugenius post primam sessionem jam concilium revocaverat; ut refert Didacus Payva, et Alexander⁸. Ita pariter in sessione decima octava legati pontificii defuerunt: nam alii abfuerunt; alii autem, non ut legati, sed ut privatae personae subscripserunt, ut supra diximus, et ostendit Roncaglia⁹.

Tertio praeterea scitur, suffragia data in praefata synodo minime fuisse libera, ut refert cardinalis Turrecremata; et ut asseruit Eugenius in sua bulla ad archiepiscopum Coloniensem, edita 3 idus Februarii anno 1431¹⁰, dicens: *Plerique... accedere sunt coacti, in quibus nec vis nec auctoritas concilii generalis consistit, quorum... deliberationes minime liberae sunt, cum ab eorum qui compulerunt voluntate dependant.* Quapropter S. Antoninus¹¹ vocavit hanc Basileensem synodum conciliabulum viribus cassum, et synagogam Satanae daemonumque cavernam. S. Johannes de Capistrano¹² appellavit illam synodum profanam, excommunicatam, et basiliorum speluncam. Episcopus Meldensis,

Alex., saec. xv, diss. 8, i. f., *animadv. § 1, vers. Hic autem.* - *Payva*, *Defensio Trident. fidei*, lib. 1. — ⁸ Saec. xv et xvi, diss. 8, art. 3, n. 1. — ⁹ *Animadv. ad Natal.* Alex., *animadv. in Concil. Basileense*, § 1. - *Turrecr.*, locis cit. — ¹⁰ Apud Labbe, append. 1 *Concil. Basileens.*, docum. 48, tom. xvii, col. 727. — ¹¹ *Histor.*, part. 3, tit. 22, cap. 10, § 4. — ¹² *De Papae et concil. auctoritate*, 3 part. 2nd part. principal., n. 68.

legatus Caroli VII ad Eugenium, (apud Raynaldum¹⁾) nuncupavit vesanam. Concilium Florentinum²⁾ damnavit declaratores Basileenses, tamquam impias et scandalosas. Concilium demum Lateranense V³⁾, ut legitur in bulla Leonis X, edita praefato concilio approbante, synodum Basileensem conciliabulum schismaticum, seditionis et nullius auctoritatis agnovit. — Quis ergo modo concilium illud legitimum dicet, quod temerarii, profani et diabolici grande nomen promeruit? Postquam igitur Eugenius Basileensem synodum revocavit, prorsus quidem illegitima ipsa evasit.

Dissolutio
et reprobatio
concilii.

Nec obstat, quod Eugenius deinde dissolutionem illius revocasset, ut adversarii objiciunt. Nam refert card. Turrecremata⁴, hanc revocationem ab Eugenio metu extortam fuisse, et ipsius constitutionem revocationis quodammodo ipso nesciente fuisse publicatam. Scripsit enim S. Athanasius⁵⁾: *Nec esse censendam ejus sententiam, quam minae et terrores extorserant; sed eam quam protulit, cum liberos haberet affectus.* — At, dato quod Eugenius liberamente dissolutionem concilii revocasset; ipse tamen, ut patet ex ejusdem epistolis⁶⁾, expresse declaravit, decisiones tantum ad

extirpandam haeresim, et pacem inter principes statuendam editas, non autem adversus pontificiam potestatem pertinentes, confirmasse. — Atque in ipsa constitutione revocationis *Dudum*, duas conditiones apposuit: unam, ut legati ab eo deputati, *ad concilii praesidentiam cum effectu admitterentur*; alteram, ut expressit: *Ut omnia et singula contra auctoritatem nostram facta, prius omnino tollantur*⁷⁾. Sed patres Basileenses neutrum implevere: neque enim decreta abstulerunt, neque legatos in sessione decima septima admiserunt, nisi exutos omni jurisdictione coactiva, contra Eugenii intentionem. Imo, nec etiam legatorum assensum in sessione decima octava, ubi decretum de praeminencia concilii fuit renovatum, curaverunt obtinere: nam testatur card. Turrecremata⁸⁾, quod in dicta sessione decima octava praesidentes Pontificis non consenserunt, *imo contradixerunt et protestati sunt... Licit aliqui eorum, non ut praesidentes, sed ut particulares personae, quasi violenter, cum aliter non recipierentur ad praesidentiam, in renovatione illa consenserint*.

Deinde, cum ipsi Basileenses patres instanter postmodum ab Eugenio appro-

¹⁾ Annal., ad an. 1441, n. 9. — ²⁾ Sessio prid. non. Septembris 1439: Bull. *Moyses*. — ³⁾ Sum. de Eccles., lib. 2, cap. 100. — ⁴⁾ Bulla *Pastoralis cura*, kal. Julii 1438, Regest. Vat. 372, fol. 202. Cfr. Martene, *Veterum scriptorum et monumentorum ampliss. collect.*, tom. 8, *Acta varia ad Concil. Basil.*; Bulla *Ad sacram Petri sedem*, 16 kal.

⁵⁾ Bulla *Pastor aeternus*, in sessione XI concilii Lateranensis promulgata et acceptata, de Basileensibus decretis asserit quod « a Basileensi conciliabulo, seu potius conventicula, quae, praesertim post hujusmodi translatiōnem, concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint ».

⁶⁾ Conditiones istae habentur in constitutione *Dudum*, data kal. Augusti 1433, apud Labbe in Append. I conc. Basileensis, sub n. 57 (tom. 17, col. 742) et apud Hardouin, append. concil. Basileensis, sub n. 58 (tom. 8, col. 1587).

Fatendum tamen est hanc constitutionem desiderari in actis concilii, ibique aliam reperiri bullam *Dudum*, datam 18 kal. Januarii 1433, sed in qua praefatae conditiones desunt. Habentur autem in bulla *Deus novit*, quam Eugenius per constitutionem *Dudum* approbavit; quin immo negavit a se aut de scitu suo unquam emanasse. Et profecto concilium, in sessione sexta et decima, post diligentem inspectionem, Eugenii litteras « approbat, acceptat et admittit, ratasque habet et gratas », ut in actis habetur; quod sane non contigisset,

bationem decretorum suorum petiissent, illam nunquam Eugenius concedere voluit; ut ipse Eugenius in concilio Florentino declaravit, inquiens¹⁾: *Nos quidem... progressum concilii approbavimus,... non tamen approbamus ejus decreta.* Et cum rex Romanus ac imperii electores instassent pro decretorum confirmatione, Eugenius, scribens ad legatos suos in Germania, quamvis concilia tum Constantiense, tum Basileense in sua epistola fassus sit venerari, verumtamen ibi expresse protestatus est ea suscipere, *absque tamen praejudicio juris, dignitatis et praeeminentiae S. Sedi Apostolicae, ac potestatis sibi et in eadem canonice sedentibus concessae.* — Atque in synodo Florentina, ad proscribendas propositiones concilii Basileensis, concilium Pontifici praferentes, constitutionem edidit *Moyses*²⁾, in qua habetur: *Ipsasque propositiones..., juxta pravum ipsorum Basileensium intellectum, quem facta demonstrant, veluti S. Scripturae et SS. Patrum, et ipsius Constantiensis concilii sensu contrarium..., tamquam impias et scandalosas, necnon in manifestam Ecclesiae Dei scissuram... tendentes, ipso sacro approbante concilio, damnamus et reprobamus.* Vide hic autem quam futile sit verborum istorum ingeniosa interpretatio Natalis Alexandri, dicentis quod ideo Eugenius propositiones illas damnavit, quia haeresis nota inurebantur qui adversus eas sentiebant. Nam ad istius commentarii insubstantiam probandum, sufficit verba relatae bullae relegere; quibus clare patet, noluisse quidem Pontificem ab haeresi tutari solum qui contra concilium sentiebant, sed expresse damnare voluisse et reprobare *tamquam impias et scandalosas*,

¹⁾ Ap. Turrecrem., Sum. de Eccles., lib. 2, cap. 100. — ²⁾ Concil. Florent., part. 3, Eugenii IV constitut. — Nat. Alex., Hist. saec. xv et xvi, diss. 8, art. 4, n. 15. — Maim-

nec non in manifestam Ecclesiae Dei scissuram tendentes propositiones illas, juxta (nota) pravum ipsorum Basileensium intellectum, qui asserebant concilium prae-stare Pontifici etiam certo. Et hujusmodi intellectum, quem facta demonstrabant (cum patres Basileenses Eugenium monuerint, citarint, etc.), utique Pontifex improbavit.

Instant adversarii, et ajunt praefatam constitutionem *Moyses* postmodum abolitam fuisse a Nicolao V. — Sed revera in litteris Nicolai (ut videre est apud ipsum Natalem) nihil aliud reperitur, quam confirmatione possessionum et collationum beneficiorum, quas fecerant Basileenses; nulla penitus facta mentione potestatis praeten-sae concilii supra Papam^{e)}.

134. — Instat ultimo pro superioritate concilii Ludovicus Maimburgus, objiciens eosdem Pontifices aliquando conciliorum superioritatem supra Papam fuisse confessos. — Et opponit 1^o factum Siricci, qui ab aliquibus episcopis requisitus super errore Bonosi, nempe, quod B. V. Maria alios post Jesum filios suscepisset; respon-dit, super hanc controversiam se non posse judicare, cum ejus iudicium concilio Capuensi commissum fuisset. — Sed respon-detur 1^o quod hoc argumentum probaret nimis; nam hoc modo, Papa non solum generali concilio inferior esset, sed etiam provinciali, quale erat Capuense. — Re-spond. 2^o quod haec verba falso Siricio apponuntur; cum tantum in epistola 79 Ambrosii reperiuntur. — Resp. 3^o quod, dato etiam quod sint Siricci, Siricius ibi non declaravit se synodo inferiore; sed significavit deditnari, sua auctoritate ex declaratione illius concilii, causam judi-

Quo sensu
Nicolaus V
probaverit.

Objici-
tur: Ponti-
fices admit-
tunt supe-
rioritatem
concilii.

si Eugenius praefatas conditiones suis litteris inseruisset. Cfr. Labbe, tom. cit., ad sess. 16; cfr. etiam MSS. Basileen. Universit., cod. A. III, 44, fol. 34^t et seqq.

^{e)} Etsi verum est Papam Nicolaum V, per suas litteras *Tanto nos*, 15 kal. Februar. (18 Januar.) 1448 datas, possessiones et beneficiorum collationes a Basileensibus factas confirmasse, neque ullam potestatis concilii supra Papam

mentionem fecisse; fatendum nihilominus est, per eamdem Nicolai epistolam cassari et annullari quascumque Eugenii IV contra concilium Basileense epistolulas, etsi datae forent cum expressione et approbatione Florentini concilii; ut videre est apud Natal. Alexandrum *Histor. eccles. saec. XV et XVI, dist. 8, art. 4, num. 15.* Cfr. etiam Labbe, tom. 19, col. 49.

care. Et patet ex verbis, ibi: *Nos, quasi ex synodi auctoritate, judicare non convenit. Vide Troila¹.*

Opponit 2º Maimburgus testimonium Silvestri II, quod si *Romanus episcopus... Ecclesiam non audierit..., est habendum sicut ethnicus*. — Respondet, illud testimonium non fuisse Silvestri; sed Gerberti monachi, qui (ut referunt Baronius² et Spondanus³), dum fuisset illegitime assumptus ad Rhemensem archiepiscopatum, Arnulpho injuste deposito, et tunc contendetur sui confirmationem, non obstante dissensu Pontificis, Segwino metropolitano verba illa scripsit. Sed postmodum idem Gerbertus, cum favore Othonis Imperatoris ad Pontificatum assumptus esset, ipsem Arnulphum in suam Rhemensem ecclesiam restituit.

Opponit 3º Maimburgus confessionem Pii II, qui in sua bulla retractationis fassus est, ipsum antea in synodo Basileensi antiquam sententiam de superioritate concilii tutatum fuisse. Ergo, arguit Maimburgus, haec est antiqua sententia. — Sed respondet, opus esse legere bullam praefatam (apud Troilam⁴); et ibi patenter quisque intelliget, quo sensu Pius asseruit sententiam illam *antiquam*; antiquam, quia ipse prius, cum non esset Pontifex (tunc temporis dictus Aeneas Piccolominus), pro superioritate concilii contenderat; sed postea, veritate perspecta, adhuc ante Pontificatus adeptionem se retractavit, ut patet ex epistola ab ipso ad Eugenium IV missa⁵). Hinc cernitur, quam fraudulenter miser Maimburgus gestis verbisque utatur.

135. — Adversarii pro eorum opinione stare dicunt cardinales Cusanum et Aliliacensem, item Gersonium, Almainum, Adrianum VI, Panormitanum, Alphon-

sum Tostatum, Dionysium Carthusianum et Driedonem. — Sed operaे pretium est observare cum Roncaglia⁶, quot exceptiones praefatorum auctoritatibus opponantur.

Cardinalis enim Cusanus, licet prius⁶ concilium Papae praetulisset, tamen postea non obscure oppositum se sensisse ostendit: signanter⁷ docuit, Romanam Ecclesiam esse ac jugiter futuram columnam veritatis, et proinde nunquam a fide defecisse, nec alterius sedis correctione indiguisse; ac veritatem certo apud eos inventiendam, qui a Romano Pontifice non separantur. — De Alfonso Tostato refert Spondanus⁸, quod ipse ideo Papae prerogativis fuit infensus, quia quaedam suae theses Eugenio IV non fuerunt acceptae, et repulsae fuerunt a card. Turrecremata. Proinde scripsit Spondanus, quod ipse in *Pontificum... auctoritatem invectus... prae studio tuendi sua apparuit...* Sed, cum non obtinuit quod petiit..., non potuit adeo genio imperare, ut non acerbius rem in contradicentes ageret. Verumtamen ipse Tostatus⁹ sic scripsit: *Voluit Christus quod confessio fidei esset per Petrum solum, ut innatur quod talis fides tenenda est, quam praedicat Romana Sedes, quae est caput et mater ecclesiarum, cui Petrus praefuit.* — De Panormitano¹⁰ legitur, quod hic doctor fuit a rege Aragonensi, contra Eugenium irritato, ad synodum Basileensem data opera missus, ut Romani Pontificis auctoritatem impugnaret; prout jam egisse refert Panziroli¹¹, subdens, eudem pluribus responsis editis magnam pecuniam conflasse, et plura indigne egisse. Caeterum, legens quae ipse scripsit¹²) circa potestatem conciliorum, nunquam asserere poterit, ipsum infallibilitatem con-

¹ Loc. cit., n. 54 (ita S. Alphonsus). — *Silvest. II*, Suppl. Epistolar. Epist. 2 ad Segwin. archiep. Senonem, apud Migne Patrol. lat. tom. 139, col. 267. — ² Annal., ad an. 992, n. 42 et seqq. — ³ Epitom. annal. Baronii, ad an. 991, n. 2. — ⁴ Loc. cit., tr. 7, art. 7, n. 9 (ita S. Alphonsus). — ⁵ Animadv. ad Natal. Alex., animadv. in proposit. quae concil. oecum. Papae praeponit, § 11. — ⁶ De

134. — ^a) Rectius: ex oratione ab ipso ad Eugenium IV habita, uti liquet ex *Commentar. Pii II*, lib. 1, fol. 10, (edit. Francofort. 1514).

135. — ^a) Panormitanus, in cap. *Significasti, de elect.*, n. 3, negat quidem expresse

ciliis tribuisse adversus Pontificis potestatem.

De auctoritatibus Aliliacensis, Gersonii et Almaini scribit Andreas Duvallius eas non multi facandas, cum praefati auctores tempore schismatis scriperint. — Addit Thomassinus¹, Gersonium scripsisse, exasperatum schismatis pertinacis importunitate; atque ideo plurimum degenerasse illum a... reverentia... antistitum Gallicanorum, qui cum Leone et Carolo adfuere Romanae synodo... Antiquitas ergo horum, et diuturnitas, et numerus anteponi sane debet novitati et paucitati, per abrupta molienti se extricare a schismate intricatissimo.

Jactant etiam habere Adrianum VI. Sed revera hic Pontifex, dum privatus doctor fuerat Lovanii, nil aliud scripsit² quam posse Pontificem in sua decretali haeresim docere, scilicet intelligendum, quatenus doceat prout doctor privatus, non vero ut doctor Ecclesiae. Quis enim negabit, Papam ut hominem, erroribus posse esse obnoxium? — Jactant etiam Dionysium Carthusianum pro ipsis esse.

DUBIUM III.

An vis et substantia Legis positivae dependeat ab acceptatione communatis.

136. An obliget lex non acceptata. — 137. Quid, si lex a maiore parte populi non accipiat. Quanto tempore praescribantur leges. — 138. An peccenti legem non acceptantes. Et an lex pendeat ab acceptatione populi. Quid, circa leges pontificias. Quid, circa civiles. — 139. Quid, si lex sit ardua vel abrogata, vel si major pars eam non reperitur.

Lex non
pendet ab
accepta-
tione.

136. — « Resp. Etsi ita sentiant canonistae; item Navarrus, Azor, etc., citati a Laymann³, eo quod ponant leges hac tacita conditione ferri, si a populo fuerint acceptatae, alioquin vim seu obligationem non habituras: verior tamen sententia est theologorum, leges absoluti magistratus non pendere a populi acceptatione et consensu, sed mox ut legitime promulgatae sunt, obligare populum ad recipiendum; praesertim in legibus Pontificis, qui suam potestatem non accep-

« a populo, sed a Christo. — Vasquez, Suarez, Molina, etc. »

137. — « Unde a Laymann⁴ resolvuntur hi casus:

« 1º. Episcopis ex officio incumbit novas leges pontificias (ut principibus, imperatorias) promulgare per suas dioeceses, atque in usum ducere.

« 2º. Si lex in provincia promulgata sit, sed a maiore parte populi non accipiatur nec observetur; tunc, si legislator id sciatur et taceat, censetur hoc ipso legem

Non accep-
tata quan-
do non obli-
get.

Duvall., de Romani Pontif. auctor., part. 2, qu. 1, n. 9. — In Concilia, diss. 15, n. 24. — ² In 4 sent., de Confirmat., art. 3, ad 2 principale. — ³ Lib. 1, art. 34. — ⁴ De ecclesiast. Dogmat., lib. 4, cap. 4, i. f. - *Navar.*, Manual., cap. 23, n. 41; Consil., lib. 1, de constitution., consil. 1, num. 23 et seqq. — *Asor*, part. 1, lib. 5, cap. 4. — ⁵ Lib. 1, tr. 4, cap. 3, n. 1. — *Vasq.*, in 1^{ma} 2^{ra}, disp. 156, cap. 5, n. 36 et 39. — *Suar.*, de Legib., lib. 8, cap. 19, n. 4 et seqq.; et lib. 4, cap. 16. — *Molina*, de Justit. et Jure, tr. 2, disp. 23, n. 6 et 7 (ubi de lege civili disputat). — ⁶ Loc. cit., num. 2 et seqq.

« revocare. Si vero id sciat, et urgeat obseruationem, quisque tenetur eam servare, quia potius caput suum quam reliqua membra sequi debet.

« 3°. Si princeps nesciat non recipi, nec deduci ad usum, durat legis obligatio, donec elabatur decennium: quo elapso, praescriptum est contra eam, sive imperatoria sit, sive pontificalis; et tunc non amplius obligat. Uti et lex Ecclesiae, et si semel recepta sit, aboletur per praescriptionem, sed annorum plurimum, nempe quadraginta. Navarrus, Azor, Suarez. — [Sed vide dicenda n. 139, v. Limitant 2°].

« 4°. Si tu legem promulgatam paratus sis suscipere, et data occasione etiam observes; sed alii plerique e communitate non recipient nec recepturi videantur: tunc saltem ab ea excusaberis per discretionem.

« 5°. Etsi primi episcopi forte peccarint, non recipiendo legem, nec in usum deducendo, successores tamen eorum, si post longum tempus videant non observatam, credere possunt esse sublatam per praescriptionem.

« 6°. In dubio, num lex recepta sit necne, praesumendum est pro ipsa: quia factum in dubio praesumitur, si de jure faciendum erat. — Vide Azor¹, Laymann², Salas³.

138. - Quaeritur: an lex obliget de se, independenter ab acceptatione populi? — Certum est, peccare legem justam non acceptantes: ex propos. 28 damnata ab Alexandro VII, quae dicebat: *Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem a principe promulgatam*. Ratio, quia, licet lex de se non obligaret, nisi populus eam acceptaret; tamen princeps jus habet ut subditis justas leges suas recipient.

Dubium fit: an essentia legis pendeat ab acceptatione populi, ita ut ipsa non liget donec populus acceptet? — Et hic

*Peccant
ui non accep-
tant le-
gem.*

Navar., Consil. 1, de constitution., n. 24; et consil. 2 de consuetud., n. 1. - *Azor*, loc. cit., quaer. 4. - *Suar.*, loc. cit., lib. 4, cap. 16, n. 11. - ¹ Part. 1, lib. 5, cap. 4. - ² Lib. 1, tr. 4, cap. 3. - ³ De Legib., disp. 13, sect. 3. - ⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 94. - ⁵ Can. *In istis* 3, dist. 4, § *Leges*. (Sunt verba Gratiani comment. Augustin., lib. de vera religione cap. 31). - ⁶ Theor. et prax., lib. 1, cap. 4, n. 5. - *Valent.*, in 1^{me} 2^{me}, disp. 7, qu. 5, punct. 5, quaest. 4. - *Filiunc.*, tr. 21, cap. 11, n. 429. - *Regin.*, lib. 13, n. 160. - *Bonac.*,

distinguendum inter leges ecclesiasticas et civiles. Et quoad leges ecclesiasticas, certum est quod *Summus Pontifex* potest obligare ab leges populum christianum, independenter ab illius acceptatione; quia certum est Papam non recipere protestatem legislativam a populo, sed a Christo Domino, qui dixit: *Pasce oves meas* (Joan. xxi, 17). *Quodcumque ligaveris super terram, etc.* (Matth. xvi, 19). Et idem dicitur de *episcopis*, qui vel immediate vel mediate (ut supra) per Christi vicarium, ab eodem Domino potestatem habent. Vide Salmant.⁴ — An autem idem sit quoad leges civiles, vide infra.

Quaerito igitur est: an lex, ubi non exprimitur velle principem obligare independenter ab acceptatione populi, de se obliget sine populi consensu?

Circa leges *Pontificum* vel aliorum praelatorum, prima sententia negat, ex jure canonico⁵, ubi habetur ex S. Augustino: *Leges instituuntur, cum promulgantur; firmantur, cum moribus utentium approbantur*. Ratio, quia hoc spectat ad suave regimen Ecclesiae, ut perturbatio populi evitetur. Ita Cabassutius⁶. Et Valentia, Filiuccius, Reginaldus, Bonacina, Covarruvias et alii apud Salmant.⁷ Ideoque multa decreta pontificia de facto non obligant, quia non sunt acceptata. — Secunda sententia contraria, cui subscribimus, affirmit; quia praelati ecclesiastici non habent potestatem a populo, ut prae-notatum est a principio. Ad textum S. Augustini respondetur: leges per acceptationem confirmantur facto, non jure. Ita Salmant.⁸ cum Laymann, Suarez, Palao, etc. — Notatur autem quod lex tunc dicitur recepta, cum major pars communitatis eam recipit in totum vel in partem. Salmant.⁹ cum Bonacina et Valentia.

Idem, quod dicunt de legibus pontificiis, dicunt etiam de legibus civilibus Busenbaum, cum Palao, Suarez, Laymann, etc.,

*Pontifex
potest obli-
gare inde-
pendenter
ab accepta-
tione.*

*Si pontifex
id non dicit,
alii negant
obligare.*

*Auctor af-
firmat cum
alii.*

*Quando lex
dicitur re-
cepta.*

*Dicta va-
lent pro le-
ge civili.*

apud Salmant.¹; quamvis negent alii², cum Croix³. — Ratio, quia obligatio legis oritur, non ex acceptatione populi, sed ex ipsa potestate principis, quam habet condendi leges independenter a populo.

139. - Limitant aliqui DD. (sive lex sit civilis, sive ecclesiastica)¹. Si lex sit difficultis observantiae, vel contraria consuetudini: quod judicatur ex arbitrio prudentum; vel si plures ab ea appellant. Ita Palaus, Suarez, Salas, apud Salmant.³ — Contrarium tamen sentiunt Tapia et Gordonus⁴. — Salmantenses adhaerent primae sententiae, quando lex sit adeo dura, ut per epicejam judicetur, quod si legislator illas circumstantias advertisset, legem minime emanasset.

Limitant 2°. Si lex fuerit abrogata per desuetudinem a majori parte populi.

Sed dubitatur inter DD.: an praescriptio per decennium sufficiat ad abolendas leges Ecclesiae? — Negant⁵ cum Busenbaum, ut supra (n. 137, ad 3), Salmant.⁴ cum Bonacina, Laymann, Diana, etc.; quia, ad praescribendum adversus Ecclesiam, requiruntur 40 anni, ut habetur ex jure canonico⁵. Sed Lessius⁶, et Palaus, Sà,

¹ Loc. cit., n. 102. — ² Ap. Salmant., loc. cit., n. 101. - *Palaus*, loc. cit., punct. 18, n. 4 et 12. - *Suar.*, lib. 4, cap. 16, n. 4, i. f.; et n. 7 et 8. - *Salas*, de Legib., disp. 13, sect. 1, num. 5. - ³ Loc. cit., n. 104. - *Tapia*, lib. 4, qu. 8, art. 10, n. 5, (de lege nimis dura disputans). - *Salmant.*, loc. cit., n. 105. - ⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 6, n. 17. - *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. ult., § 8, n. 32. - *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 3, n. 4. - *Diana*, part. 6, tr. 5, resol. 2. - ⁵ Cap. De

138. - ^{a)} Croix non requirit acceptationem populi, nisi tamen sit « talis lex (ita ille, lib. 1, n. 591), ad cuius obligationem legislator prae-requirit acceptationem populi, uti saepe fit in legibus civilibus ».

139. - ^{a)} Gordonus in *Theol. mor.*, lib. 2, qu. 9, n. 30, disserens de lege quae subditis valde gravis est, probabilius eam esse servandam dicit, sub hac tamen limitatione: « si hic excessus maneat intra latitudinem justae legis »; secus enim plane deficeret a legis ratione.

^{b)} Hanc primam sententiam S. Alphonsus intelligere videtur de consuetudine contra legem canonicanam jam usu receptam, ut ex locis auctorum allegatis colligere licet; et sic intellectam omnes quidem auctores allegati eam sententiam tenent. — Ex iis tamen alii idem volunt esse, scilicet quadraginta annos requiri, etiamsi lex nondum fuerit recepta: ii sunt Salmant., cap. 1, n. 106; Bonac., disp. 1, qu. 1,

Granado, Navarrus^{d)} et Azor^{d)}, apud Salmant.^{a)}, probabiliter dicunt sufficere decem annos, sive leges sint receptae sive non; quia non major ratio habenda est de consuetudine contra legem ecclesiasticam, quam civilem, cum nullum jus inter has leges distinguat. Respondet autem Lessius ad citatos textus, eos non loqui de legibus, sed de juribus et bonis immobilibus Ecclesiae praescribendis; nomine autem jurium Ecclesiae non veniunt quidem Ecclesiae leges.

*Contra le-
gem non re-
ceptam.*

Quando vero lex nunquam fuerit recepta, certe sufficit decennium pro utraque lege, sive civili, sive ecclesiastica, ut dicit Busenbaum (loc. cit.). Et tunc, licet primi non observantes peccarent, praesentes tamen non peccant. Salmant.^{e)} cum Suarez, Bonacina, Palao, et communiter cum Busenbaum (supra n. 137, ad 5).

Limitant 3°. Si major et sanior pars populi legem non receperit. Quamvis enim primi non acceptantes peccent, si desuetudo nondum sit praescripta, caeteri tamen non tenentur ad legem; nam prae-sumitur princeps nolle hos obligare ad observandum quod non est a majori parte

^{quarta} 4; et cap. *Ad aures* 6, de praescript. - *Palaus*, tr. 3, disp. 1, punct. 18, n. 10; et disp. 3, punct. 2, § 2, n. 5 et 9. - *Sà*, v. *Consuetudo*, n. 3. - *Granado*, in 1^{me} 2^{me}, controv. 7, tr. 3, disp. 7, n. 7; et disp. 16, n. 9. - *Less.*, de Just. et Jure, lib. 2, cap. 6, n. 47. - ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 1, num. 106. - *Suar.*, de Legib., lib. 4, cap. 16, num. 9. - *Bonac.*, loc. cit., punct. 4, num. 28. - *Palaus*, loc. cit., n. 5 et 9.

punct. 4, n. 47, cum punct. ult., § 3, n. 32; quibus addendus videtur Diana, loc. cit., qui loquitur dumtaxat, absque ulla distinctione de consuetudine contra legem canonicanam. — Alii vero, ut Busenbaum et Laymann, loc. cit., decem annos satis esse volunt, casu quo lex nondum recepta fuerit.

^{c)} Lessius, lib. 2, cap. 6, n. 47: « Non videtur improbabile », inquit, satis esse decem annos contra legem usu jam receptam; sed addit: « Tutius tamen est sententiam communem amplecti ».

^{d)} Salmant., tr. 11, cap. 6, n. 17, auctores allegant dumtaxat pro consuetudine, legem usu receptam abrogante; auctores tamen allegati utramque sententiae partem tenent, exceptis: *Navarro*, Consil. 1, de constit., n. 24; consil. 2, de consuetud., n. 1; et Azor, part. 1, lib. 5, cap. 4, qu. 4, qui volunt satis esse decem annos, casu quo lex nondum recepta fuerit.

receptum ^{e)}. Ita Salmant. ¹ cum Suarez, Palao, Tapia, etc., cum Busenbaum (supra, n. 137, ad 2), et Lessius ^{f)}.

Populus petens legis revocationem.

Quaeritur hic: an si populus supplicet principem ut revocet legem, teneatur illam observare? — Negant Bonacina, Villalobos, Salas, etc., apud Salmant. ². Sed recte

contradicunt ^{g)} Salmant. ³ cum Suarez et Palao. — At, si princeps audiat supplicationem populi et taceat, nec instet pro obseruantia, censemur legem abrogare; nisi aliud conjiciatur ex circumstantiis. Salmant. ⁴ cum Palao, Bonacina, Salas et aliis.

DUBIUM IV.

An Praecepta etiam humana obligent sub peccato, et quali.

140. *An legislatores humani possint praecipere. Et quot conditiones requirantur ut lex obliget.* — 141. *An superior possit praecipere rem levem sub culpa gravi.* — 142. *An res levis fiat gravis per circumstantias, praesertim contemptus.* — 143. *An res gravis possit praecipi sub levi.* — 144. *Quando presumatur lex obligare sub gravi.* — 145. *An lex penalis obliget ad culpam.* — 146. *Quid de lege sub poena suspensionis, etc.* — 147. *Quid, si lex assignet poenam, et simul praecipiatur.* — 148. *An incurrit poena ante sententiam.* — 149. *Quid de poenis positivis et inhabilitantibus.* — 150. *An poena conventionalis solvi debeat ante sententiam.* — 151. *An lex irritans actum carentem solemitatibus obliget in conscientia.* — 152. *An teneamus tollere impedimentum obstans impletioni legis.* (Sed vide etiam Lib. III, n. 1045).

Homo potest praecipi.

140. — « Resp. Cum Deus sit Dominus noster, atque etiam superioribus parere nos jussit; non solum ipse, sed et illi nobis praecipere possunt, et praecipiunt, tum sub poena, tum etiam sub culpa sive peccato, eo que gravi aut levi, prout et rei praeceptae ad intentum finem recessitas, et materiae quantitas, et eorum voluntas sese habent, quae ex eorum verbis, circumstantiis aut prudentum aestimatione solet colligi. — Ita theologi communiter; S. Thomas, Suarez, Salas, etc. »

Conditi-
nes ut lex
obliget.

Ut lex obliget, quatuor conditions requiruntur: 1º. Ut lex sit pro tota communitate; 2º. Ut legislator habeat publicam potestatem; 3º. Ut lex sit perpetua;

¹ Loc. cit., n. 107. — *Suar.*, lib. 4, cap. 16, n. 12; et lib. 3, cap. 19, n. 18. — *Palau.*, loc. cit., n. 12. — *Tapia*, loc. cit., punct. 4, num. 43. — *Salas*, loc. cit., n. 21, i. f. — *S. Thom.*, 1^a 2^a, qu. 96, art. 4. — *Suar.*, de Legib., lib. 3, cap. 24, 25 et seqq. — *Salas*, de Legib., disp. 10, sect. 1, 5 et seqq. — ² Tr. 11, de Legib., capit. 1, n. 7 et seq. — ³ Lib. 1, num. 565 et seq. — ⁴ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 5 et 7.

^{e)} Auctores a S. Alphonso allegati pro hac tertia limitatione, eam eo sensu intelligunt, ut pars minor populi ad legem non teneatur, etsi desuetudo nondum praescripta sit, quando pars major eam legem, licet inique, non receperit.

^{f)} Lessius, lib. 2, cap. 22, n. 98, vers. Tertio, hoc non habet expresse, innuit tamen,

4º. Ut sit ad bonum commune: deinde sit honesta, justa et possibilis. Vide Salmant. ⁵. — Hinc lex differt a praeepte seu mandato. Nam praecipitum fertur pro persona particulari, et etiam a persona privata. Deinde praecipitum est ad tempus, cum spiret morte mandantis, nisi res non sit amplius integra, vel nisi praecipitum sit ad causas pias, vel pariter favorabiles. Vide Croix ⁶, Salmant. ⁷.

141. — « Unde resolvuntur hi casus: 1º. Graviter peccat, qui deliberate et in materia magna violat praecipitum aliquod decalogi vel Ecclesiae.

2º. Cum res levis est, non peccat mortaliter transgrediverit, etsi superior sub mortali praeciperit: quia id eum posse

Lex a praeepte differt.

Transgre-
diens, gra-
vier vel le-
vier pec-
cat.

de Legib., cap. 1, n. 112. — *Palau.*, loc. cit., n. 15. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 4, num. 43. — *Salas*, loc. cit., n. 21, i. f. — *S. Thom.*, 1^a 2^a, qu. 96, art. 4. — *Suar.*, de Legib., lib. 3, cap. 24, 25 et seqq. — *Salas*, de Legib., disp. 10, sect. 1, 5 et seqq. — ⁵ Tr. 11, de Legib., capit. 1, n. 7 et seq. — ⁶ Lib. 1, num. 565 et seq. — ⁷ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 5 et 7.

scribens: « Etiam si lex sit promulgata, si tamen ipso usu et moribus utentium non recipiatur, nec superiores instant et current executioni mandari, non obligat ».

^{g)} Affirmantes nempe legem eo casu obligare, quod Salmant. ex Palao et Suarez ita limitant: « Nisi talis lex observari non possit absque scandalo vel gravi rerum mutatione,

« negant Suarez, Laymann et alii communiter; v. gr. ne quis frangat silentium, ne edat uvam, ut claudat ostium, etc.; quia est res parva et incapax tantae obligationis. Nec ipse Deus in materia parva sub mortali obligat. Vide Lessius ¹, Salas ².

Est communissimum apud Salmant. ³. Tenent tamen ⁴ cum S. Thoma, Valentia, etc., contra Sanchez ⁵, Vasquez, etc., posse praelatum regularem praecipere sub gravi, quod a regula praeeceptum est tantum sub levi, si timetur quod regula aliter non observetur.

142. — « 3º. Aliud esset, si materia alias levis, fieret gravis ratione circumstantiarum; ut v. gr. contemptus, scandalum, magni boni communis, vel finis a legislatore intenti. Sic abstinentia a pomo ir. paradiso, in se quidem parva, gravissima tamen erat ex circumstantia finis. Suarez ⁶.

Nota quod in quacumque materia, contemptus formalis legis aut legislatoris (quod est contemnere legem, vel legislatorem, seu superiorum qua superior est) semper est peccatum mortale. Salmant. ⁶

Suar., de Legib., lib. 3, cap. 25, n. 2. — *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 14, n. 2. — ¹ Lib. 2, cap. 41, n. 75, vers. Dico. — ² De Legib., disp. 10, sect. 6. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 18. — ⁴ Tr. 15, de Stat. relig., cap. 6, n. 85 et seq. — *S. Thom.*, 2^a 2^a, qu. 186, artic. 9, corp. — *Valent.*, in 2^a 2^a, disp. 10, qu. 4, punct. 5. — *Vasq.*, in 1^a 2^a, disp. 154, cap. 4, n. 21. — ⁵ De Legib., lib. 3, cap. 25, n. 5. — ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 38. — *S. Thom.*, 2^a 2^a, qu. 186, art. 9, ad 8. — *Suar.*, lib. 3, cap. 28, n. 23 et 24. — ⁷ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 39. — *Sanch.*, in Decal., lib. 1,

cum S. Thoma, Suarez et communi. — Secus, si contemnatur res praeepta, quia parvi aestimatur, vel ex indignatione particulari contra superiorem. Salmant. ⁷ cum Sanchez, Cajetano, etc. Contemptus enim, non qua superioris, sed qua singularis personae, v. gr. quia indocti, imprudentis, etc., de se non est culpa mortalis, nisi forsitan judicium sit graviter temerarium. Ita Salmant. ⁸ cum Palao, Sanchez, Lessius ⁹, Bonacina. Hinc dicunt raro contingere peccatum mortale ratione contemptus.

143. — « 4º. Quando materia est gravis, potest superior praecipere sub culpa tantum levi: quia, sicut potest nullo modo obligare non praecipiendo, ita etiam potest obligare sub veniali tantum. Ita Suarez, Lessius ⁹, contra Vasquez ».

Materia gravis potest praecipi sub levi.

Quaestio est: *an legislator in materia gravi possit obligare tantum sub levi?*

Prima sententia negat; quia gravitas obligationis non dependet ex voluntate superioris, sed gravitate materiae. Ita Bellarminus, Reginaldus, Sotus ¹⁰, Vasquez ¹¹, Becanus. — *Secunda* tamen sententia probabilior affirmit; quia in legibus obligatio taxatur a legislatore juxta finem

cap. 5, n. 11 et 12. — *Cajetan.*, Summ., v. *Contemptus*, § *Adverte hic*. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 40. — *Palau.*, tr. 2, disp. 2, punct. 9, § 2, num. 7, vers. Dico. — *Sanch.*, in Decal., lib. 1, cap. 5, n. 18. — *Bonac.*, disp. 2, de Peccat., qu. 8, punct. 5, n. 15. — *Suar.*, de Legib., lib. 3, cap. 27, num. 6 et 7. — ⁹ Lib. 2, cap. 41, n. 74, vers. *Tertio*. — *Vasq.*, in 1^a 2^a, disp. 158, cap. 4, n. 32 et seq. — *Bellar.*, *Controv. de Membr. Eccles.*, lib. 3, de Laicis, cap. 11, vers. *Ad septimum*. — *Regin.*, lib. 15, num. 44. — *Becan.*, part. 2, tr. 3, de Legib., cap. 6, qu. 3, n. 11 et 13.

quia tunc ex epiceja seu benigna voluntatis principis interpretatione, possunt ab obligatione excusari ».

141. — *a)* Sanchez, in Decal., lib. 6, cap. 2, n. 46, non sine limitatione huic sententiae contradicit. Etsi enim negat superiorum posse obligare « in universum », ad regulae observationem sub culpa mortali aut veniali, quando ipsa regula, ex se et primaeva sua institutione, non obligat ad culpam, sed ad solam peccatum; concedit tamen posse quandoque superiorem sic obligare, cum scilicet ad aliorum exemplum, et illius correctionem qui minus parere consuevit, id expedire judicaret.

142. — *a)* Juxta Lessius, lib. 2, cap. 46, n. 45, si non recuses in rebus majoris momenti superiori parere, « etiamsi contemnas personam ob defectum eruditiois, prudentiae, nobilitatis, etc.; et ex hoc contemptu aliquod

praecipitum ejus in re levi violes, forte non erit mortale ».

143. — *a)* Sotus rem potius innuit quam aperite significat, *de Just. et Jure*, lib. 1, qu. 6, art. 4, vers. *Ad postremum*. Et primo quidem legem ecclesiasticam a civili distinguens, affirmat praelatos Ecclesiae, quia sunt spiritualium judices, posse leges condere, « etiam discernendo inter veniale et mortale, atque adeo decernendo transgressionem suae legis esse mortale crimen; saeculares vero principes non posse hoc definire: « scilicet, ut leges suae sub culpa veniali aut mortali serventur; sed dumtaxat constituant opera in specie virtutis aut vitii. An vero transgressio vel omissio mortalem labem transgressor impingat, e rerum natura examinandum est ».

^{b)} Vasquez, in 1^a 2^a, disp. 158, cap. 4,

intentum, ad quem aliquando expedit non imponere obligationem gravem in gravi materia. Ita Lessius¹, Salmant.² cum Sanchez, Palao, Bonacina, Valentia, etc. — Sicut bene quis potest vovere in quacumque materia, etiam gravissima, tantum sub levi; ut S. Antoninus, Palaus, Sanchez, etc. apud Salmant.³

Signa 1.
obligan-
tis graviter.

144. - « 5°. Potissima signa, ex quibus colligi possit an lex obliget sub gravi culpa, sunt haec: 1°. Si materia sit gravis, et non constet in contrarium de voluntate praecipientis. Unde Cajetanus⁴ docet, clericorum peccare venialiter, dum contra praecelta juris positivi aves et canes sequuntur ad venandum. — 2°. Si verba magnam vim habent, ut *jubemus*, *interdicimus*, in virtute sanctae obedientiae, vel *vi voti*, aut *juramenti*, vel *graves vites mandamus*, etc. — 3°. Si poena magna adjiciatur, ut excommunicatio, depositionis, maledictionis aeternae, exilii perpetui, mortis, etc. — 4°. Si ita fert usus et consuetudo inter peritos et timoratos: quia consuetudo est optima legum interpres, ut patet in lege jejunii ecclesiastici et abstinentiae a carnibus, item communionis annuae; quas graviter obligare probant hic Toletus, Laymann⁵, Bonacina⁶. »

¹ Lib. 2, cap. 41, n. 74, vers. Tertio. — ² Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 20. — ³ Sanchez, in Decal., lib. 6, cap. 4, n. 25. — ⁴ Palaus, tr. 2, disp. 2, punct. 8, n. 4. — ⁵ Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 7, § 4, n. 24, assignat utique communem aestimationem hominum vel etiam consuetudinem, tamquam regulam unde lex sub mortali obligare dignoscatur; sed exempla quae Busenbaum afferit, ipse non habet.

⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 44, hoc asserunt de legibus, quae excommunicationem *majorem* latae sententiae sancent; si vero excommunicationem *minor* latae sententiae sanciat, ajunt legem quandoque sub mortali, quandoque sub veniali tantum obligare.

145. - Docet auctor legem obligare sub gravi, si magna poena in ea adjiciatur. — Hic addendae sunt plures Quaestiones scitu necessariae.

Et ante omnia est notandum, quod alia est lex *pure poenalis*, quae nullum dat praecceptum; v. gr.: Qui hoc fecerit, solvat poenam. Et haec non obligat in conscientia, etiamsi poena sit gravissima, ut Salmant.⁶ cum Navarro, Palao, Tapia, Reginaldo, etc. Hinc leges oppidorum, prohibentes sub poena caesonem lignorum sive herbarum, piscationem, venationem, non obligant sub culpa; sic enim habet consuetudo. Ita Salmant.⁷ cum Navarro, Valentia, Montesino, etc. — Alia est lex *non pure poenalis*, seu mixta, quae praecipit et poenam imponit; v. gr.: Nemo hoc faciat sub poena, etc.

Omnis leges sub poena excommunicationis latae sententiae obligant graviter: est commune. Vide Salmant.⁸

146. - Quaeritur 1°. An obliget sub gravi lex quae praecipit sub poena suspensionis, interdicti, vel irregularitatis?

Negant obligare sub gravi^{a)}, cum ista possint incurri sine peccato gravi, Cajetanus^{b)}, Valentia, Salon (et Azor, quoad suspensionem), apud Salmant.^{c)} — Contradicunt tamen Salmant.^{d)}, tam quoad

cap. 2, n. 53. — *Navar.*, Manual., cap. 23, n. 56. — *Palaus*, tr. 3, disp. 1, punct. 15, n. 10 et 12. — *Tapia*, lib. 4, qu. 10, art. 4, n. 5; et art. 6, n. 2 et seq. — *Regin.*, lib. 15, n. 50. — ⁷ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 54. — *Navar.*, Manual., cap. 23, n. 60. — *Valent.*, in 2^{ma} 2^{ra}, disp. 5, qu. 6, punct. 5, § 2. — *Montes.*, in 1^{ma} 2^{ra}, de Legib., disp. 28, qu. 7, n. 119. — *Valent.*, in 1^{ma} 2^{ra}, disp. 7, qu. 5, punct. 6, § 3, vers. Quartum signum. — *Salon*, in 2^{ma} 2^{ra}, qu. 77, art. 1, contro. 8, num. 8. — *Azor*, part. 1, lib. 5, capit. 6, qu. 5, v. f. — ⁸ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 45. — ⁹ Loc. cit.

146. - ^{a)} Id est negant ex ejusmodi poenis aptam constitui normam, ad dignoscendam obligationis gravitatem; seu brevius, negant obligare *necessario* sub gravi.

^{b)} Cajetanus parum sibi consentit; nam v. *Praecepti transgressio*, § *Poena praecetti*, quando lex aliquid jubet aut prohibet sub poena excommunicationis, haec docet: « Non oportet in transgressione horum incurrire peccatum mortale ». Sed in 1^{am} 2^{ra}, qu. 186, art. 9, ad 2, ex opposito scribit: « Quandocumque imponitur aut inhibetur aliquid sub poena excommunicationis, sive latae, sive non latae sententiae, obligatur quis obedire, si vult peccatum mortale evadere ».

Poenalis
non obligat
in conscientia.

Lex mixta.

Ferenda
sententiae.

Lex mixta.

Lex cum
poena latae
sententiae.

irregularitatem, cum Sanchez, Palao, Tapia, etc., quam quoad interdictum et suspensionem, si sint maiores^{c)}, prout suspensio ab officio vel beneficio ad longum tempus, et interdictum ad omnem usum; quae dicunt non posse incurri sine peccato gravi. Ita Salmant.¹ ex Suarez, Bonacina, Coninck, Palao, etc. (Vide etiam de hoc, *Lib. VII. de Censur.*, n. 313). — Et idem dicunt Salmant.² de aliis poenis spiritualibus gravissimis.

Quid, si tales poenae sint ferenda sententiae, an obligant sub gravi? — Alii affirman; alii probabilius negant, ut Salmant.³ cum Cajetano^{d)}, Palao, Suarez, Sanchez, Vasquez, etc. Nisi dicatur, quod censura incurritur *sine alia monitione*; vel nisi de se materia sit gravis.

147. - Quaeritur 2°. *An leges assignantes poenam temporalem et simul praecipientes, obligent ad culpam, an solum ad poenam?*

Prima sententia negat, nisi ipsa lex exprimat velle obligare etiam ad culpam. Ita Navarrus⁴, ubi ait: *Leges humanas etiam praecipientes (praesertim saeculares, quae poenam temporariam constituant), in dubio ad aeternam non obligare, quatenus sunt leges ejus qui eam poenam statuit*. Ita etiam Cajetanus⁵. Item Menchaca, Gomez, Imola⁶, apud Salmant.⁶; et probabilem⁷ vocant Valentia, Bona-

Sanch., in Decal., lib. 6, cap. 4, n. 54. — *Palaus*, tr. 3, disp. 1, punct. 15, n. 4. — *Tapia*, lib. 4, qu. 10, art. 2, n. 5. — ¹ Tr. 11, de Legib., cap. 1, n. 126 et 127. — *Suar.*, de Censur., disp. 4, sect. 4, n. 2 et 7. — *Bonac.*, disp. 1, de Censur., qu. 1, punct. 3, n. 7. — *Coninck.*, disp. 18, de Censur., n. 67 et 68. — *Palaus*, tr. 29, disp. 1, punct. 7, num. 2. — ² Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 45, i. f. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 46. — *Palaus*, tr. 3, disp. 1, punct. 15, n. 3 et 4. — *Suar.*, de Legib., lib. 4, cap. 18, n. 17 et seqq. — *Sanch.*, Decal., lib. 6, cap. 4, n. 50 et seqq. — *Vasq.*, in 1^{ma} 2^{ra}, disp. 158, cap. 5, num. 41 et seqq. — ⁴ *Manual.*, cap. 23, n. 55. — ⁵ *Sum.*, v. *Clericorum peccata*, § *Nec obstat dictis*. — *Menchaca*, Controv., lib. 1, cap. 29, n. 6. — *Ludov.* Gomes, in 6^{ma} Decretal., de constitution., cap. 2, n. 59 et 60. — ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 47. — ⁷ Loc. cit., i. f. — *Valent.*, in 1^{ma} 2^{ra}, disp. 7, qu. 5, punct. 6, § 3, vers. Alterum signum. — *Diana*, part. 1, tr. 10, resol. 20. — *Tapia*, tom. 1, lib. 4, qu. 10, art. 4, num. 8. — *Villalob.*, part. 1, tr. 2, diff. 22, n. 7. — ⁸ De Legib., qu. 2, cap. 1, vers. Dico 3. — ⁹ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 49. — ¹⁰ Apud Salmant., loc. cit. — *Valent.*, loc. cit., punct. 6, § 3, sext. sign. — *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 7, § 2, n. 3. — *Diana*, part. 1, tr. 10, resol. 20. — *Tapia*, loc. cit., n. 4. — ¹¹ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 57. — ¹² Cap. *Non dubium* 5, de sentent. excomm.; cap. *Significasti* 18, de homicid. volunt.

Quaedam
poenae in-
currunt
ipso facto.

^{c)} Et idipsum docent etiam Sanchez, Palaus, Tapia, loc. cit.

^{d)} Vide notam b hic supra.

147. - ^{a)} Imola (Joan. ab), in cap. *Cum contingat, de jurejur.*, n. 36, consentit quidem de lege civili disserens; sed de lege canonica tenet sententiam contrariam, quae est sententia S. Alphonsi.

^{b)} Bonacina, disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 7, § 2, n. 3, significat probabile esse,

cina^{b)}, Diana, Tapia ac Villalobos; et loquendo de lege civili, probabilem etiam putat Mazzotta⁸ cum Filiuccio^{c)}. Ratio, quia, licet principes bene possint obligare tam ad poenam, quam ad culpam; tamen, cum non sint imponenda onera sine necessitate, non praesumuntur ipsi velle ad culpam obstringere, quando sufficit poena ad eos coercendos: et ita hujusmodi leges dicunt a consuetudine interpretari. — Verius tamen contradicit *secunda* sententia, quam absolute tenent Salmant.⁹, et probabilem¹⁰ censem Valentia, Bonacina, Diana, Tapia et Villalobos. Ratio, quia haec est differentia inter legem *pure poenalem*, quae obligat ad solam poenam: et haec est, quando in ea tantum poena assignatur; et legem *mixtam*, quae obligat etiam ad culpam: et haec est quando, ultra poenam, praecceptum adjungitur: ipso enim praecerto, tunc creditur superior velle ad culpam obligare, ne frustra videatur praecipere.

Quid si poena sit magna? Vide dicenda de *Restit.*, Lib. III, n. 616.

148. - Quaeritur 3°. *An incurritur poena ante judicis sententiam?*

Poenae spirituales, ut excommunicatio, irregularitas, etc., quando imponuntur *ipso facto*, non indigent sententia. Est certum apud omnes; vide Salmant.¹¹; et patet ex jure canonico¹².

inquantum oppositum probabilius tantum appellat.

^{c)} Filiuccius, tr. 21, art. 11, n. 417 et 418,

disserens de legibus mixtis, quae poenam temporariam transgredientibus imponunt, et afferens exempla quae ad civilem potestatem pertinent, docet probabilius esse, leges istas ad culpam obligare; hinc videtur existimare probabilem, sententiam quae negat eas obligare ad culpam.

Aliae requiruntur sententiam.

Idem dicitur de poenis *privativis*; modo reus subire eas possit sine infamia, sicut esset privatio vocis activae et passivae; ut Suarez¹, Bonacina², et Salmant.³ cum Tapia, Vasquez⁴, Montesino, etc. Et modo alicubi non habeat aliter consuetudo particularis: Salmant.⁴ — Adde, nisi poena consistat in privatione alicujus juris acquisiti, puta in beneficio, electione, etc.; tunc enim semper requiritur declaratio juridica vel poenae vel saltem criminis, etiamsi poena imponatur *ipso facto incurrenda, nulla exspectata declaratione*, ut docent Lessius⁵, Molina⁶, Soto⁷, Sanchez⁸, Palau⁹, et Salmant.⁹ cum Ledesma, Cajetano et Granado. Cum enim lex poenalis accipi debeat in mitiori sensu, verba illa *nulla declaratione, etc.* possunt explicari, scilicet nulla exspectata declaratione poenae; sed non excluditur declaratio criminis, ut poena possit reo applicari. Id confirmatur ex cap. *Cum secundum, de haeret. in 6°*, ubi haeretici, licet preventur ipso jure bonis suis, tamen non tenentur bona tradere ante sententiam; ut in eodem textu habetur.

¹ De Legib., lib. 5, cap. 9, num. 2 et seqq. — ² Disp. 1, dc Legib., qu. 1, punct. 7, § 2, n. 10. — ³ Tr. 11, de Legib., cap. 2, num. 58. — ⁴ Tapia, loc. cit., art. 9, n. 3 et seqq. — ⁵ Montesin., in 1^{am} 2^{ae}, de Legib., disp. 24, qu. 1, num. 4; qu. 2, n. 25 et 41. — ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 60, i. f. — ⁷ Lib. 2, cap. 29, dub. 8; et cap. 34, n. 188. — ⁸ De Just. et Jure, lib. 1, qu. 6, art. 6, concl. 1. — ⁹ De Matrim., lib. 3, disp. 53, n. 8; Decal., lib. 2, cap. 22, n. 20. — ¹⁰ Tr. 3, disp. 2, punct. 2, n. 8. — ¹¹ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 59 et seq. — ¹² Martin. de Ledesma, 2^a 4^{ta}, qu. 18, art. 2, dub. 16, concl. 3. — ¹³ Cajetan., Summa, v. Poena; cf. in 2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 3. — ¹⁴ Granado, in 1^{am} 2^{ae}, controv. 7, tr. 3, disp. 13. — ¹⁵ 2^{am} 2^{ae}, qu. 62, art. 3, corp. — ¹⁶ De Matrim., lib. 3, disp. 53,

^{148. — a)} Vasquez, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 168, cap. 6, ita sane tenet de poenis privativis, sed, ut ipse subdit, « sive... laboret infamia, sive non ».

^{b)} Molina ex parte tantum consentit, et affirmit requiri sententiam in eo dumtaxat casu, quo « non subjungitur aliud verbum, unde conset mentem Summi Pontificis esse, ut amittantur nulla exspectata sententia »; ut esset: poenam incurrendam esse « absque declaratione ». Ita ille, *de Just. et Jure*, tr. 2, disp. 96, n. 5, ubi de beneficiorum privatione loquitur; idemque tenet, n. 8, de officiorum privatione.

^{149. — a)} Hanc suam opinionem S. Alphonsus limitat, lib. 6, n. 705 (a sexta Operis edit.), dicens requiri sententiam judicis

Positivae
requirunt
sententiam.

149. — Quod dictum est de poenis privativis, a fortiori dicendum de *positivis*, quae consistunt in actione positiva, v. gr. aliquid restituendi aut patiendi; ut communiter cum D. Thoma¹⁰, Sanchez¹¹, Molina¹², Soto¹³, et Salmant.¹⁴ cum Tapia, Sà, Vasquez, etc. Et sic igitur dicendum de legibus privantibus beneficiis jam obtentis, ratione simoniae, vel alienationis bonorum beneficii, etc., ubi semper requiritur declaratio judicis; Salmant.¹⁵ cum auctoribus citatis. Ratio autem omnium horum est, quia nimis ardua et inobservabilis esset lex illa humana; quod reus ipse met in seipsum deberet poenam exequi.

Poenae autem *inhabitantes* obligant ante judicis sententiam; ut est poena imposta a Tridentino non residentibus, non lucrandi fructus, et similia¹⁶. Vide Salmant.¹⁶ — Item, quando poenae sunt *conditionales*, v. gr. ut habens beneficium curatum, si non ordinetur sacerdos infra annum, sit ipso facto privatus beneficio; ut ex cap. *Licet, de elect. in 6°*. Sic etiam clericus beneficiatus non deferens habitum, ipso facto privatur privilegio fori. Salmant.¹⁷ cum Sanchez, Palao, Bonacina, etc.¹⁸.

n. 1. — ¹⁰ De Just. et Jure, tr. 2, disp. 95, n. 14 et seqq. — ¹¹ De Just. et Jure, lib. 1, qu. 6, art. 6, resp. ad octavum, vers. *Sed leges*; et lib. 4, qu. 6, art. 4, concl. 2. — ¹² Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 61 et 64. — ¹³ Tapia, tom. 1, lib. 4, qu. 10, art. 10, n. 2 et 5. — ¹⁴ Sà, v. Poena, n. 1. — ¹⁵ Vasq., in 1^{am} 2^{ae}, disp. 168, cap. 4; et disp. 170, cap. 3 et 4. — ¹⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 64. — ¹⁷ Auctor. cit., id est Vasq., loc. cit., disp. 168, cap. 4, n. 25 et 30; Tapia, loc. cit.; et art. 11, n. 4. — ¹⁸ Trident., sess. 23, de Reform., cap. 1. — ¹⁹ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 62. — ²⁰ Loc. cit., n. 63. — ²¹ Sanch., de Matrim., lib. 7, disp. 91, n. 2. — ²² Palau, tr. 8, disp. 2, punct. 2, n. 3. — ²³ Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 7, § 2, n. 24.

ad poenas inhabitantes incurrendas, casu quo reus ipse eas exequi nequeat sine propria infamia.

^{b)} Auctores allegati, licet non habeant exempla quae S. Alphonsus ex Salmant. exscripsit; in hoc tamen cum S. Alphonso convenienter quod poenae conditionales ante judicis sententiam obligant. — Notandum praeterea venit, quod Palau loquitur non de *beneficiato* clero, sed de clero *carente beneficio*, habitum non deferente; et hoc videtur Tridentinum conformius. Tridentinum enim, sess. 23, de Reform., cap. 6, ita statuit: « Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat aut clericalem habitum et tonsuram deferens, alicui ecclesiae ex mandato episcopi deserviat ».

150. — Quaeritur 4^o. *An poena conventionalis in contractibus debeat solvi ante sententiam?*

Conventio-

nals.

Prima sententia affirmat; quia quisque tenetur ante sententiam pactum observare¹. Ita Bonacina, Suarez, Molina, Sà apud Salmant.¹ — Secunda sententia, quam aequae probabilem vocant Salmant.² et tenent Navarrus, Lessius³, Sanchez, Vasquez⁴, Palaus, etc., negat; quia sentendum est, contrahentes non aliter velle sibi imponere poenam, quam juxta dispositionem juris circa leges poenarum, quae nonnisi post sententiam contrahuntur. — Projecto tenetur reus post sententiam ad poenam; sed notandum est, non teneri eum ad solvendam pecuniam, nisi petatur a parte. Et si poena sit nimis dura, ultra sententiam requiritur praeceptum judicis et ministrorum exsecutio. Vide Salmant.⁵

Deinde notandum, quod leges quae fundantur *in falsa praesumptione*, de se non obligant in foro conscientiae, quando praesumptio certe sit falsa. Sic enim haeres non tenetur, omissio inventario, ad omnia debita solvenda, si haereditas revera non est solvendo. Vide Salmant.⁴ — Et vide dicta n. 100, v. *Quaero*.

151. — *An, quando lex requirit aliquam conditionem, sine qua irritet actum, uti*

Fundatae
in falsa
praesum-
ptione.

Bonac., loc. cit., n. 23. — Suar., de Legib., lib. 5, cap. 6, n. 8 et seq. — Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 97, n. 8. — Sà, v. Poena, num. 2. — ¹ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 66. — ² Loc. cit., n. 67. — ³ Navar., Man., cap. 23, n. 67 et 68. — ⁴ Sanch., de Matrim., lib. 7, disp. 37, n. 4. — ⁵ Palau, tr. 8, disp. 2, punct. 3, n. 4. — ⁶ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 70. —

150. — a) Haec sententia, ut ex auctoribus allegatis liquet, hoc modo limitanda est: nisi constet de contraria contrahentium intentione, vel nisi aliter consuetudo ejusmodi pactum interpretetur.

^{b)} Lessius, lib. 2, cap. 20, n. 136, probabile reputat non teneri ante sententiam judicis, quia « illa videtur mens contrahentium... nisi aliud exprimant ». Sed n. 135, valde probabile dicit poenam conventionalem deberi ante judicis sententiam. Denique utramque sententiam quoad proxim hoc modo conciliat: « Verius puto, inquit n. 136, spectandam consuetudinem, quae nisi requirat condemnationem judicis, credo teneri ante sententiam ad solam partis requisitionem. In dubio tamen de consuetudine, censeo alteram sententiam probabilem ».

lex irritans testamentum sine solemnitatibus, vel lex irritans alienationem bonorum Ecclesiae sine consensu capituli, *obliget in conscientia?*^{a)}

Prima sententia negat; ut Navarrus, Covarruvias^b, Tapia, Silvester, Medina, et alii apud Salmant.⁵ Ratio, quia tales leges fundantur in praesumptione fraudis, quae tunc non adest. — Secunda sententia affirms; quia tales leges non solum fundantur in praesumptione fraudis; sed etiam in periculo illius, quod semper adest. Ita Salmant.⁶ cum Suarez^c, Palao^d. — Utraque est probabilis, sed secunda probabilius.

152. — Quaeritur hic ultimo: *quando teneamus tollere impedimenta, vel ea non apponere, quae obstant impletioni legis?*

Praenotandum est ad quaestions solutionem; aliud esse, quod quis non obligetur a lege, sive ab illius obligatione extrahatur; aliud, quod excusatetur a transgressione legis, manendo tamen sub ejus obligatione. Unde fit ut duplamente possit impedire ab observatione legis; vel apponendo causam, qua extraharis a legi observatione; scilicet, si ab hoc loco, ubi est praeceptum audiendi sacram, discedas ad alium, ubi tale praeceptum non viget: vel efficiendo opus quod, licet impedit te ab observatione legis, non te

Aliud
extrahi,
aliud excusa-
ri a lege.

^{a)} Loc. cit. n. 78 et 79. — ^b Navar., Comment. de Alienat. rerum eccles., n. 17, vers. *Ex quibus colliguntur*. — ^c Tapia, lib. 4, qu. 18, art. 3, n. 6. — ^d Silvest., v. *Haereditas III*, n. 9, quae 7. — ^e Joan. Medina, Cod. de Restitut., qu. 23, coroll. 4 et 5. — ^f Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 103. — ^g L. c., n. 104. — ^h Tr. 8, disp. 2, punct. 10, n. 5 et 7; cfr. disp. 1, puact. 24, n. 8

^{c)} Vasquez, in 1^{am} 2^{ae}, disp. 173, cap. 1, n. 3, sic revera tenet, « etiamsi impositae sint [poenae conventionales] ipso facto ».

151. — a) Sensus quaestions est: Utrum omissio illius conditionis « reddit statim actus nullus absque sententia judicis, non solum in foro exteriori, sed etiam in conscientia », ut loquuntur Salmant.

^{b)} Covarruvias male citatur a Salmant.; ipse enim, *de Testam.*, cap. 10, n. 12 et seqq., tenet sententiam quam S. Alphonsus probabiliter appellat, negans ullam oriri obligationem in foro interiori, ex testamento sine solemnitatibus facto.

^{c)} Suarez (Salmant. enim hunc citant, non autem Thomam Sanchez) ex parte concordat, loquens de lege quae solemnitatem instituit in testamentis, *de Legib.*, lib. 5, cap. 32, n. 7.

extrahit tamen a legis obligatione; nempe, si die dominico discedas a loco sacri ad silvam, ubi, etsi sacrum audire nequeas, ab illius obligatione tamen non extraheris. — Deinde notandum est, quod contra leges *naturales* nunquam licet apponere impedimentum, ut ab illarum obligatione extraheraris: secus autem dicendum de legibus *humanis*, quae non obligant cum tanto rigore. Ita sapienter distinguunt Salmant.¹

Hinc inferunt 1^o. Non peccare excommunicatum, si sacrum non audiat et absolutionem non procuret; nam per impedimentum excommunicationis jam extrahitur ab obligatione audiendi sacrum. Sed vide dicenda Lib. III, n. 325, v. *Excommunicatus* et Lib. VII, n. 161. — Inferunt 2^o. Non peccat contra praeceptum jejunii, recitandi officium, etc., qui sua culpa incidit in infirmitatem, etsi praeviderit; nec qui die jejunii pedester iter agit, vel multum laborat, ex quo excusat inde a jejunio: etiamsi ex pravo fine iter assumat, nempe ad furandum, etc. Ita Salmant.² cum Sanchez^{a)}, Medina, Henriquez, etc. Sed nos omnino oppositum sentimus cum S. Thoma. Vide dicenda Lib. III, n. 1046.

An vero peccet contra legem, qui eo

¹ Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 158 et seqq. — ² Loc. cit., n. 161. — Barthol. Medina, in 1^{am} 2^{ae}, qu. 77, art. 7, Dubium; Instruct. confess., lib. 1, cap. 14, declar. ³ praec., § 10. — Henrig., lib. 9, cap. 25, n. 11, litt. p, in comment. —

« Licet demus, inquit, per se solam irritare testamentum, non tamen voluntatem defuncti; et ideo posse haeredem institutum in testamento minus solemnii tuta conscientia retinere haereditatem, quamdiu ab illo [qui est haeres ab intestato] non exigitur, quia moraliter certus est de voluntate defuncti. »

152. — ^{a)} Sanchez non satis diligenter citatur a Salmant.; nam Decal., lib. 1, cap. 15, n. 1 et 3, afferit quidem opiniones auctorum circa exempla hic exposita, sed eas nec probat nec reprobavit; dum contra n. 4, suam sententiam his verbis exprimit: « Non posse universalem regulam tradi, quae in particulari et determinate praescribat, quando praecepta obligent ad tollenda impedimenta, sive eodem die occurrant, sive ad praeveniendum ne occurrant. Sed tantum potest universalis regula tradi, ex qua in singulis praeceptis haec tollendi impedimenti obligatio deducenda sit... Regula autem haec est: Spectanda sunt vis et rigor praecepti; quaedam enim benignius explican-

animo id impedimentum apponit, ut a legis obligatione extrahatur, scilicet, si se fatiget ut non jejunet?

Affirmant peccare Palaus, Salas, Medina, etc. apud Salmant.³, quia nemini debet prodesse sua fraus. — Negant tamen peccare contra jejunium Sanchez^{b)}, Filliuccius^{b)}, Azor^{b)}, Villalobos^{b)}, etc., quod satis probabilem sententiam vocant Salmant.⁴; quia tunc ille utitur jure suo, quo potest extrahi ab obligatione legis, in quo nulla est fraus: prout si quis exeat e-sua patria, ubi est obligatio jejunandi, ut eximat se a jejunio. — Sed nos tanto potius, juxta sententiam quam mox supra secuti sumus, omnino primam sententiam sequimur. Vide Lib. III, n. 1045.

Peccat vero contra pracepta naturalia vel divina qui, praevident se hominem occisurum in ebrietate, ab ebrietate non abstinet; vel qui non procurat absolutionem excommunicationis tempore paschali; tunc enim urget gravius praeceptum radicaliter divinum communionis. — Sic etiam peccat qui se inebriat, vel somno se tradit, tempore audiendi sacrum vel recitandi officium, quia illa pracepta tunc jam eum obligant, neque per eas actiones a praecerto extraheritur. Ita Salmant.⁵ cum communi.

Peccat qui se fatigat, ut non jejunet.

Item de aliis legibus.

S. Thom., 1^{am} 2^{ae}, qu. 71, art. 5, corp. - Palaus, tr. 8, disp. 1, punct. 21, n. 3. - Salas, in 1^{am} 2^{ae}, tr. 18, disp. 2, sect. 9, n. 118. - Medina, locis cit. — ³ Loc. cit., n. 163. — ⁴ Loc. cit., n. 164. — ⁵ Loc. cit., n. 162.

tur ac minoribus causis excusantibus indigent; alia vero rigidius, ac urgentiores causas desiderant: necessitas aut utilitas impedimenti: et an proxime vel remote praeceptum impleri impediatur: et an per se et intrinsece ad rei praecetta materiam pertineat, ut breviarium ad recitandum officium...; vel per accidens, ut bona valetudo respectu ejusdem; et his computatis, diversimode in singulis praecettis judicandum est, an culpa sit admittere impedimenta ab illis excusantia ».

^{b)} Auctores isti negant utique hunc peccare contra jejunium, quando scilicet re et facto carnes edit, aut jejunium ex defatigatione frangit; sed eundem affirmant peccasse in apponenda causa, propter quam jejunium frangit. Cfr. Sanch., Consil., lib. 5, cap. 1, dub. 7, n. 11; Filliuccium, tr. 27, part. 2, cap. 6, n. 123; Azor, part. 1, lib. 7, cap. 17, qu. 9, i. f.; Villalobos, part. 1, tr. 23, diff. 4, n. 11. Quibus etiam consentit S. Alphonsus, lib. III, n. 1045 et 1046.